




De bonis operibus Docto. Martini Lutheri liber.

<https://hdl.handle.net/1874/431198>



DE BONIS OPERI/
bus Docto. Martini
Lutheri Li/
ber.

Denuo Recognitus .

AD LECTOREM.

Quid deceat pplm Chri cognomie sacru.
Hic breuibus verbis, ecce, libellus habet.

Vuittembergæ.
1521.

PHILIPPVS MELANCH-
THON PIO LEC-
TORI. S.

¶ Quisquis est, qui hunc Lutheri cōmentariū de bonis operibus in sermonem latinum conuertit, ne ille mihi rem videatur vtilem & piā fecisse. Nam si linguis omnibus ac gentibus cōmunis est Christus, cur non in omnium linguas illius Euangelium transfundatur: quod hoc libello, vt alias sincerissime docet Lutherus, cum quæ boni operis conditio & natura sit, aperit. Quæ in re, ne dici quidem potest, vt fallant fallanturq; mendaces quidam spiritus, qui a dulterato verbo dei, p pietate impietatem, pro bonis operibus hypocrisin docuere. Exiges ergo nō illorum tantū traditiones, sed & vniuersam vitam tuam, ad hanc a Luthero prescriptam regulam, non aliter atq; ad Lydium lapidem, aurum solet. Et quanq; immenso intervallo distent pietas & hypocrisis tamen adeo obscurum discrimen est, vt & spiritualibus nonnūq; imponat superstitio. Quo accuratius hæc tibi velut hypographa pietates cognoscenda, versanda, & relegendenda est iterum atq; iterū, quæ totius vitæ tuæ cursum regat. Interim bene precabere Luthero, & Euangelio eius, vt & confirmet deus, quod per eum operatus est, & disperdat omnia labia loquentia mendaciū. Romanensem fecem puto, & Sophistas. Vale in Christo. ANNO, M.D.XXI.

PIO LECTORI S. D.
PARAPHRAS-
TES.

¶ Multo, & dignior, & salubrior est hic libellus, quā vt finibus linguæ nostræ vernaculæ, hoc est, germanicæ, in qua natus est, cohibitus, non sit & in alias multas transponendus linguas, pro publica totius Christiani orbis salute. Habes igitur & si vtrunq; in linguam latinam versum, tamē vndecunq; auctoris sui Christianissimi illius Doctoris Theologiæ Martini Lutheri, tum eruditionem, tum mores referentem. Peream, n. nisi iuraueris, hæc legens, deesse & aures, & oculos, & nares, nedum iudicium, quicunq; tantum virum, haud dubie diuinitus huic seculo, velut alterum Danielem datum, tot diris deuouent, tot conuictis sugillant. Nam si hæc sunt hæretica, quid obsecro sit Christiani? Bene vale in domino: & nihil prius, nihil antiquius pura Christi Theologia habe. M. D. XX.

ILLVSTRI PRINCIPI ET DOMINO. D:
IOANNI, DVCI SAXONIE, LANTGRA
VIODVRINGIAE, ET MARCHIONI
MISNIAE, SVO CLEMENTI, ET
DOMINO, ET PATRONO
DEDITISSI. DOCTOR
MARTINVS LV.

AVGVS.

VVITTENBERGEN. SALVTEM
ET FOELICITATEM.

Illustris Princeps, & Clemens domine, iam pridem non
inuitus GR. T. & obsequia, & officia merce ecclesiastica,
mea humilitate digna probassem, nisi meam inopiam emensus
semper minorem inuenissem, quam ut promittere sibi posset in
ueniuram, quod Illustri gratia tua non indignum esset. Ceterum,
quando Clementis. Princeps & dominus meus, Fridericus, dux
Saxoniae, Sacri Roma. Imp. Archimarscalcus, Elector, & Pro
rex, Lantgrauus Duningae, & Marchio Misniae, Frater J. C. ue
germanus, opusculum meum nihili suae Illustrissimae gratiae
nuncupatum dedicatum: non solum non contempserit, verum etiam
am clementer excepit, post hac quod non putassem fore, typis
excusum, sumpsit animi. ut ex tam grauioso exemplo, persuadens
mihi, ut sicut principalis sanguis, ita & principalis mens in beneco
lencia & mansuetudine clementi & gratiosa consiliiis & ceteris
esset, sperauitque pro gentilitia ista comitate & gratia Ill. Gratiae tue
meam quantacumque est, paupertatem non futuram contempserit.
Siquidem quicquid hoc est opusculi, fertasse magis recesserunt
fuit editum, quam aliquid meorum, vel opusculorum, vel sanctorum
num: postquam orta est maxima omnium interrogatorum de
bonis operibus. In quibus sicut innumerabiliter plures & dolii
mali & fraudes quam in vllis sunt creaturis, ita imperitus & simp
plex homo adeo facile decipitur, ut Christus saluator noster nos
bis preceperit, attendendum esse a falsis prophetis qui ad nos ve
niunt in vestimentis ouium, intus alentes lupos rapaces. Neque enim
vel argentum, vel aurum, vel gemmae, vel vlla res preciosa tam
multipliciter adulterari possunt, quam bona opera. Vt quae necesse
sit habere vnicam eandemque simplicem bonitatem, sine qua nihil
nisi meri colores, officinae, & dolii sint. Quamuis autem multos
sciam, & cotidie audiam, qui meam inopiam contemnant, dicentes,
me nihil nisi paruos condere sextemiones, & ceteras conaciones gerentes,

Fertiles doc
urina operum
sine doctrina
na fidei.

Pernicies rei
Christianæ,
multi com-
mentarij.

manicas pro vulgo prophano & laicis, nihil tamen id me mo-
uet. Optarim enim me omni meo æuo, omnibus meis viribus
vel vnicò subseruiffle laico pro sua salute, eo cōtentus, deo gra-
tias agerem, tum q̄ libentiffime permittens omnia mea perire o-
puscula. Nam an magnos & multos libros condere artificiosū,
& reip. Christianæ sic conductibile, aliorum esto iudicium. Ego
vero in eo sum, vt si pro arte illorum mihi liberet ingentes exa-
rare libros, fortasse deo adiuuante, mihi foelicius id celturū, quā
ipsis meo more vel minutum aliquem sermonem contexere. Si
enim tam facile esset adsequi q̄ persequi, tam diu Christ⁹ denuo
esset e cœlo eiectus, & sedes dei subuersa. Si non licet omnibus
fingere, licebit saltem omnibus iudicare. Equidem vnicuiq; ex
animo libenter magnarum rerum gloriam pmiserim, nihil mi-
nus quā vt laicis germanice & scribam & concioner erubescens.
Quamquam vel hoc ipsum quoq; mediocriter callens, mihi ta-
men persuadeo, si fuisset hætenus & deinceps esset id genus do-
cendi frequentius, Christianæ fidei multo plus inde fuisset acces-
surum incrementi, quam ex sublimibus & magnis codicibus &
questionibus, in scholis a doctis dumtaxat tractatis. Ad hæc ne-
minem vnq; mortaliū vel coegi vel rogauī, vt vel me audiret,
vel sermones meos legeret. Ego libere seruiui in publicū ex mu-
nere diuinit⁹ accepto. Qui hoc nolet, & legat & audiat alios. Ne-
que multum reuulerit, si me indigere nolint. Mat enim satis, imo
plus quam satis fuerit, nō nullos laicorum, eosq; præstantissimos
sefe ita demittere vt meas cōciones legant. Quod si nulla me alia
causa mouere posset, hæc certe mihi locupletiffima fuerit. Ill. gra-
tiæ tuæ huiusmodi opuscula Germanica placere, eamq; cupidiffi-
simam esse intelligēdi notionem vt bonorum operum, ita fidei.
Cui merito conueniebat suppliciter me subseruire. Quapropter
humiliter obsecro Illu. gratiam tuam, vt hoc quantumcumq;
est opusculi, gratiofo excipiat anō, donec diuino munere, naq;
otium, FIDELI vim luculentius enarrem. In presenciarum enim
hoc volui docere, quemadmodum fide in omnibus bonis ope-
ribus vt debeamus, eiq; concedamus vt præstantissimum sit
o nium operum. Deo igitur largiente alias fidem per se tracta-
bo, conmonstraturus quo modo cotidie eam orare siue dicere
nos deceat. Ita Illu. gratiæ tuæ me commendo. Datum Vuit-
tembergæ, Die. 29. Marcij. ANNO, M.D. XX.

I H E S V S.

Primo omnium sciendum, nullum esse bonū opus, nisi quod deus preceperit. & rursum, nō esse peccatum, nisi quod deus vetuerit, inhibueritq;. Ergo bona opera vel cogniturus vel facturus, non eget nisi notitia præceptorum dei. Ita enim Christus ait Mathei. 16. Si vis vitā ingredi, serua mā data. Itemq; interroganti adulescenti, Math. 19. quid nam faciens salu⁹ fieret, nihil aliud Christ⁹ q̄ decem obtulit præcepta. Quamobrem necesse est a nobis disci honorū operum discrimen, ex dei præceptis, & nō ex specie, magnitudīe, aut multitudine operū in seipsis. Sed ne ex opinione quidem & arbitrio hominum, vel modo legum traditionum & inuentuncularum humanarū, vel ratione nostro conspectū obuia, q̄ vt hætenus sefellit, ita semper faller nos cæcos, dum p̄ hominum traditionibus cōtemnimus præcepta diuina.

Nō sunt bona, aut mala opera q̄ humanis traditionibus præcipiuntur.

SECUNDO.

¶ Et primum, & summum, & nobilissimum omnium bonorum operum est fides in Christum. Vt vel ipse dixit Ioann. vi. Nam Iudeis interrogantibus, quid faciemus, vt operemur opera dei: ita respondit. Hęc est opus dei, vt credatis in eum quem mihi sic ille. At nos hoc vel audientes, vel prædicantes cursim transimus, arbitantes & vile, & facile factu, quū tamē hic nobis standum esset, & hoc ipsum fideliter meditandum. Nam in hoc opere necesse est vt omnia opera gradiantur, & vt influxus bonitatis eorum hinc non sec⁹ atq; seudum accipiant. Id quod crassius, vt intelligant, a nobis describēdum est. Inuenies em multos, qui ieiunant fundant, hoc & illud faciunt, bonam vitam coram hominibus viuunt, quos si interrogas, an certi sint placere deo, quod ita viuunt, respondent, Nescire id sese, vel dubitare. Præterea sunt etiam nonnulli doctorum qui eos corumpunt & seducunt, dicentes, non esse opus vt huius rei sint certi, q̄ quis alioquin nihil nos nisi bona opera docentes. Ecce omnia illa opera procedunt extra fidem. Nam qualis eorum est erga deū conscientia & fides, talia sunt & opera ex eadem proficiscentia. Verum cum ibi nihil sit fidei, nihil bonę conscientię erga deum, ergo operibus caput deest, & tota eorum vita & bonitas pœnitus nihil. Inde venit, vt dū extollo tantiq; facio fidem, & eiusmōi infidelium opera reijcio, sunt qui me culpant & accusant, veluti prohibentem bona opera, quamuis interim nihil vehementius cupiam, q̄ vt vere bona fidei opera doceam.

Fides caput radix & fons operum bonorum.

Oportet sis certus de gratia dei per fidem.

TERCIO.

Bona opera
sunt omnia
fidelium
opa.

Ecclesiastes.

¶ Eos amplius interrogans, an & hoc ipsum p̄ bono opere ducant & existiment, q̄n manibus suis opificiū laborant, stant, eunt, comedunt, bibunt, dormiūt, & oim generū opera, vel ad sustentationē corporis, vel temp. necessaria faciunt, & an credāt Deo se in illis ipsis placere, inuenies dicturos, Nō & bona opera adeo in arētū detrusuros, ut nihil nisi in tēplis orare, ieiunare, & eleemosynis inopes iuuare, p̄ bonis habeant operibus, reliqua om̄ia uana & frustranea existimantes, & quę deus nihili faciat. Et ita dānatissima perfidia deo suam seruitutē & culturā, cui seruit quicquid in fide sit, agitur, & cogitari potest, cōminuunt, & circūcūdant & abbreviant. Ita docuit Ecclesiastes. 9. Vade ergo & comede in letitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuū, quia deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat: perfruere vīa cum vxore quam diligis, cunctis diebus vitę instabilitatis tuę, qui dati sunt tibi sub sole om̄i tēpore vanitatis tuę. Vestimenta candida esse om̄i tēpore, est om̄ia nostra opera bona esse, quocūq; sint nomine indiscriminatim. Tunc aut̄ sunt candida, q̄n certus sum, & credo ea deo placere. Sic enī nūq̄ mihi defuit oleū hilaris & gaudētis cōscientię a capite meę animę. Ita Christus dixit Iohan. 8. Ego quę placita sunt ei facio semper. Quō ea faciebat semper, suo interim tñ tempore & edens & bibens, & dormiens. Vnde prima Iohānis tertio. Per hoc cognoscimus, quod ex veritate sumus, & in cōspectu eius suadebimus cordibus nostris. Quoniā si reprehenderit nos cor nostrum, maior est deus corde nō, & nouit om̄ia. Et fiduciā habemus ad deū, & quicquid petierimus accipiemus ab eo. Quoniā mandata eius custodimus, & ea quę sunt placita coram eo, facimus. Item. Qui ex deo natus est, idest qui credit, & in deū cōfidit, non peccat, nec peccare pōt. Item psal. 37. Et nō delinquent omnes qui sperant in eo. Immo psal. 2. Beati om̄es qui confidit̄ in eo. Quod si uerū est, necesse ē bonū esse, quicquid ipsi faciūt, vel saltem ipsis statim remitti & ignosci quod peccant. En iterū hic cur tantopere fidem extollā, om̄ia opera ad eandē referam, sed & reñciam quicquid operum inde nō desituit.

Q VARTO.

¶ Hic vniciq; facile est cōf. derare & sentire, quā do aliquid & q̄n nihil faciat boni. Nam inueniens cor suum hac fiducia instructū, vt credat sese deo placere, tum opus ē bonū, eūa si adeo

sit parū, adeo vile, vt culmū tollere. Si uero desit vel fiducia vlt
 spes ad deū, tum opus non est bonū, etiā si omnes mortuos res
 suscitaret, & homo sese cōburendum permittat. Sic S. Paulus ad
 Ro. 14. docuit. Omne quod non est ex fide peccatū est. Nā a fide
 & nullo alio opere hoc nomine ornatur vt Christi fideles vos
 ceamur, veluti a primario opere. Siquidem omnia reliqua opera
 etiam Ethnicus, Iudæus, Turca, peccator possit facere, Sed confis
 dere & credere firmiter, se deo placere, nō est possibile, nisi Chris
 tiano, gratia dei & illustrato & confirmato. Verum huiusmodi
 sermones raros esse, & me a nōnullis hoc nomine hereticū accus
 sari, ideo fit quod cœcā rationem & ethnicā scientiam secuti, Fides nō est
 fidem posuerunt, non supra sed iuxta alias virtutes, attribuentes
 ei peculiare & propriū opus, separatū ab omnibus alijs operib⁹
 reliquarum virtutum. Quam tamen fides sola omnia reliqua
 opera faciat vt bona, ita accepta & digna: in eo quod deo confi
 dit, & non dubitat, coram ipso bene factum, quicquid homo fa
 ciat. Imo nou permiserunt fidem opus manere, sed vt ipsi to
 quantur, ociosum habitum ex ea fecerunt, quamuis tota scriptura
 sacra nulli operum nomen diuini boni, præterq̄ soli fidei tribu
 ente. Itaq; non est mirum, eosdem ipsos & cœcos & cœcorum
 ductores factos esse. Hæc enim fides statim secum ducit, vt char
 ritatem & pacem, ita gaudium & spem. Nam quicumq; deo cre
 dit & confidit, eidem statim & sanctum dat spiritum, teste S.
 Paulo ad galatas dicente. Accepistis spiritum, non ex vestris ho
 nis operibus, sed quod verbo dei credidistis.

Q V I N T O .

¶ In hac fide omnia opera fiunt paria & equalia, & vnum al
 teri simile est, Tum concidit omnis differentia operū, siue mag
 na sint siue parua, siue longa, siue breuia, siue multa, siue pauca.
 Nam opera sunt deo grata nō in seipsis, sed propter fidem, quæ
 sola & vnica, & indiscriminatim in vniuersis & singulis est ope
 ribus, operatur & viuut quam multa & differentia fuerint, non
 secus atq; omnia membra capitis beneficio viuunt, operantur,
 & nomen habent. Et sine capite nullum membrū neq; viuere,
 neq; operari, neq; nomē habere potest. Ex quo amplius & hoc
 sequitur, Christiano in hac fide viuenti non esse opus doctore
 bonorum operum, sed facere quicquid in manus eius venit. Et
 omnia bene facta sunt, sicut sanct⁹ Samuel ad Saulem dicebat.
 In alium virum mutaberis quando spiritus domini in te venerit.
 Tunc fac quod in manus tuas ueniet, deus tecum est. Ita
 legitur etiam de Sancta Anna Samuelis matre, quando

Differentia
 operū nulla
 est, nisi per
 fidem.

facerdoti Heli credidit dei gratiam promittenti, hilarem & pacam
 tam domum reuersam, neq; faciem eius posthac in diuersa mut
 tatam, hoc est, ipsi postea omnia vnum idemq; & cū eadem
 & æqualia esse facta, in quecunq; incidit. Sanctus quoq; Pau
 lus dixit, omnia esse libera vbi spiritus dei sit. Nam fides nō per
 mittit sese, neq; vllis alligari operibus, neq; rursus sibi vlla ad
 mi opera. Sed quemadmodum in primo est Psalmo, fructum
 suum dabit in tempore suo, hoc est, vt cunq; & venit & vertit.

SEXO.

Exēplo do
 cet quid sit
 fides.

¶ Quod crasso & carnali exemplo nobis videre liceat. Vbi vī
 vir vel foemina, sibi de altero gratissima & amicissima queq; p
 suader, idq; constanter credit, quis tum eos docet, quō sese gerat,
 quid facere, omittere, dicere, tacere, cogitare debeat? Sola em̄ &
 vnica fiducia instituit cum omnia, & plusquam necesse sit. Tum
 nihil habet in operibus discriminis. Facit magna, longa, multa,
 tam libenter, quam parua, breuiā, pauca. Et ediuerso. Ad hæc
 hilari, pacato, securo corde, & est profus liberi animi. Vbi vero
 aliquid est dubitationis, tum exurgit & nascitur quid opimum
 sit, tum incipit differentia operum se depingere, quibus modis
 possit gratiam consequi, & tamē sic quoq; graui corde, & mag
 na cū molestia accedit, pene captiuus, & plusq; dimidio deplor
 atus desperatusq; & sæpe sub hæc stultestit. Ita Christianus ho
 mo in hac erga deum spe & fiducia viuēs, scit omnia, potest om
 nia, conatur omnia facienda. Et omnia facit hilariter & libere, nō
 ad aggreganda colligēdaq; multa bona merita, & opera, sed qd
 ipsi iucundum & voluptas est, deo sic bene placere, & pure deo
 gratis seruire, hoc vno contentus quod deo placeat. Et rursus,
 qui dubitat vtrum placeat deo, qrit & curat solcite quomodo
 velit satisfacere, & deum multis operibus mouere. Is currit ad S.
 Iacobum, Romam, Hierosolymam, huc & illuc, vltro citroq;
 orat. S. Brigittæ orationes, hoc & illud, ieiunat hunc & illū diem
 confitetur hic, confitetur ibi, interrogat hunc & illum, & tamen
 interim quietem & tranquillitatem non inuenit, hæc omnia cum
 magna faciens molestia, dubitatione, & indignatione cordis sui.
 Adeo, vt scriptura eiusmodi bona opera hebraice nominet A
 uen Amal, que alia lingua fatigationem & laborem dixeris. Iam
 vero ne bona quidem sunt opera, & omnia perditā, omnia van
 na & inania. Proinde multi sub hæc ita insanierunt, vt præ angos
 re in nullas nō calamitates inciderint. De quibus est Sapientie, v.
 Lassati sum⁹ ī via iniqtatis, & pditiōis, & ambulauim⁹ vias dis
 ficiles, viā autē dñi ignorauim⁹. Et sol iustitię non illuxit nobis.
 Septimo

SEPTIMO.

¶ Quā in his operibus fides adhuc vilis, infirma, & imbecillis est, interrogemus vltius, pressos calamitate & aduersitate aliqua vel corporis, vel honorum, vel honoris, vel amicorum, vel rerum reliquarum quas possidēt, an tum quoq; credant se adhuc deo placere, & deum calamitates & aduersitates ipsorū siue magnas siue paruas clementer in eos admittre. Hic tum artis est, deo se iratum & infestum preferente, nihilo tamen secius oēs nostros sensus, nostrumq; intellectum bonam habere fiduciam, & meliora sibi de deo persuadere quam se ostendat. Hic enim est absconditus, quemadmodū sponsa dicit in Canticis. En stat post parietem, & videt per cancellos. Id est, sub passionibus & aduersitatibus, pene nitentibus nos ab eo instar parietis, vel potius muri, dissulare, stat occultus, & tamen me respiciens nō desertit. Nam stat & est paratus mihi in gratia succurrere, permittēs sese per fenestras obscuræ fidei videri. Et Hierem. in Threnis. Non enim humilauit ex corde suo, & abiicit filios hominum. Hanc fidem prorsus nesciunt estimātes se a deo destitutos, ipsiq; deū esse inimicum. Quin potius eiusmodi mala, & hominibus, & caecodemonibus imputant. Ita vt nihil omnino ad deum fiduciæ habeant. Quam ob causam ipsis eorum calamitates & passiones semper sunt vt scandalo, ita damno, interim tamen procedentibus, & ipsorum iudicio bona opera faciētibus, eiusmodi fidem nihil penitus curantibus, respicientibusq;. Verum deo in illiusmodi malis & calamitatibus credentibus, & constanter fiduciam erga eum seruantibus, deo se placere, eiusmodi coitū mala & aduersitates mera sunt preciosa merita, & nobilissima omnium bonorum nemini mortaliū estimabilia. Nam fides & fiducia, omnia erga deum faciūt preciosa, alioquin reliquis damnosissima. Quod etiā de morte scriptum est Psalmo. 115. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Nam quo melior, sublimior, & fortior est fides & fiducia i hoc gradu, eo magis excellūt passiones in eadem fide omnia opera in fide. Et sic est inter eiusmodi & opera & passiones inestimabilis differentia melioris, conditionis, & precij.

OCTAVO.

¶ Præterea gradus fidei summus est, deo non temporalib; malis & passionibus, sed morte, inferno, & peccato conscientia puniente, & pene gratiam & misericordiam negāte, & veluti perperitūo damnaturo & irascituro. Id quod pauci mortaliū experis

Vfus fidei
i aduersitate.

In supræma
tentatione fi
dei vsus.

unat. Sicut Dauid psal. 6. conqueritur. Dñe ne in furóre tuo
corripas me. Tum em credere deo nos bene placere, summū est
opus, qđ fieri pōt ab & in creatura. De quo iusticiarij & sancti
operari, & benefactores nihil prorsus sciunt. Nam quō vellent
sibi hic bonitatem & clementiā de deo polliceri & persuadere,
in suis operibus incerti, & vel in minimo si dei gradu dubitantes &
ambigui. Ecce sic dixi, sic fidem semper laudavi, sic omnia opera
sine illiusmodi fide facta reieci, ad homines a falsis, fictis, splen-
dentibus, pharisaicis, infidelibus bonis operibus, quorū omnia
Cenobia, templa, domus, inferiores & superiores ordines & sta-
tus, pleni & referri sunt, ad iusta, & uera, & a fundamentis bona &
fidelia opera adducendos. In quo mihi nemo aduersum it, p̄ter
immunda animalia, quorū pedes nō sunt, vt est in lege Mosi, bi-
sulci, nō patientia discrimē honorū operū, sed ita in premeditato
irruunt, vt vbi tantū oratū, ieiunatū, fundatū, confessum, & satis-
factū est, omnia velint esse bona, quāuis nihil fidei ī eis habuerint
diuinę gratię & benignitatis & clementię. Quin potius tū maxie
bona opera existimant, quādo bonorū operum dūtaxat, multa,
magna, longa, fecerint. Et ita nō ad diuinā gratiā, sed in sua ip̄orū
opera suā collocauit fiduciā, hoc est, super arenā & aquas edifi-
cant, vnde postremo eos necesse est grauem facere casum. Sicut
Christus Mat. 7. dicit, Hanc em bonā voluntatē & cōplacentiā,
super qua nostra stat fiducia, angeli cœlitus adnunciauerunt, in
nocte Natiuitatis dñicę, cantantes, Gloria in excelsis deo, in terra
pax, hominibus bona volūtas.

NONO.

Opus pri-
mi p̄cepti.

¶ Ecce hoc est opus primi p̄cepti, quo p̄ceptū est. Ne ha-
beas alienos deos. Quod est, Postq̄ ego solus sum deus, debes in
me totā tuā fiduciā, spem & fidem, & in neminem aliū ponere.
Nam hoc nō est vnū habere deū, si tu eū extra ore nomines, vel
genibus flexis vel gestib⁹ adores. Sed si ei ex corde & animo cō-
fidis, tibi omnia bona, gratiā & beneuolentiā de eo p̄mittens, non
minus in passionibus & aduersitatibus, quā operibus, nō minus
in morte q̄ in vita, nō minus in amaris & duris q̄ iucundis & le-
uibus. Quēadmodū dñs Christus dixit Iohan. 4. ad mulierem
Samaritanā. Spiritus est deus, & eos qui adorant eū, in spiritu &
veritate oportet adorare. Atq; hec fiducia, spes, & fides cordis

vera est adimpletio huius primi præcepti. Sine qua alioqui nullum est prorsus opus quod huic præcepto possit satisfacere. Et sic hoc præceptum est omnium primū, altissimum, optimum, ex quo omnia alia defluunt, in quo omnia procedunt, & secundum quod omnia necesse est dirigi & moderari, ita & eius opus, hoc est, spes & fiducia ad gratiā dei, semper est omnium primū, sublimissimū, optimū, ex quo omnia reliqua nascantur, proficiuntur, permanent, dirigantur & moderentur necesse est. Omnia igitur, cetera opera huic comparata sunt, veluti, si reliqua præcepta sine primo sint, & tanquā nullus sit deus. Quapropter diuus Augustinus præclare dixit, primi præcepti opera esse, credere, sperare & diligere. Porro dictū est supra, eiusmodi fidem & fiduciam secū afferre charitatem & spem. Immo si probe rem introspicias, charitas est prima, vel saltem equalis cum fide. Neque enim possem deo confidere, nisi cogitarem eum velle mihi clementem, propitium, mitem & mansuetū esse. Quo adducor, ut & ipse cum vicissim diligam, eique ex animo confidā, mihi de eo optima queque persuadens.

Charitas eū
fide cōiun-
ctis.

DECIMO.

¶ Nunc ipse vides, omnes quicumque non semper deo confidunt, neque sibi ipsis eius promittunt gratiam, fauorem, & beneuolentiam, in omnibus suis operibus vel passionibus, in vita vel morte. Sed id ipsum circa alias res, vel apud seipsos querunt, hoc dei præceptum non seruare, & vere Idololatriam exercere, etiam si omnium reliquorum præceptorum opera facerent, atque adeo, si omnium sanctorum orationes, ieiunia, obedientiam, patientiā, castitatem, innocentiam, in vnum simul cumulum congesta haberent. Nam ibi non est opus principale & capitale, sine quo omnia alia nihil sunt penitus aliud, nisi merus fucus, species, color: De quibus nos dominus præmonuit Mathei. 7. Attendite vobis a falsis prophetis qui ad vos veniunt in vestimentis ouium, inuis autem sunt lupi rapaces. Quales sunt quicumque, ut ipsi loquuntur, multis operibus bonis sibi deum conciliant, & amicum faciunt, a deo velut comparantes eius gratiam & fauorem. Tanquam vero deus sit propola, institor, & mercenarius, & qui nolit gratiam & beneuolentiam suam gratis dare. Hi sunt peruersissimi omnium mortalium in orbe terrarum, & qui vel difficile, vel nunquam ad veram viam conuertantur.

Quid idō-
lolaria: non
cōfidere deo

Op. Confis-
lium in cala-
mitatibus.

Consimiliter quicumque in suis calamitatibus & aduersitatibus, huc illuc, vltro citro cursitantes, vbiq; consilium, opem & solacium querunt, omisso deo, apud quem ea querenda esse ipsi maxime præceptum est. Quos Propheta Elaias .9. sic increpat. Populus meus stultus, & non est reuersus ad percutientem se, hoc est, dominus percussit eos, & immisit eis passiones & omni iugas calamitates & aduersitates, vt ad ipsum concurrerent, eiq; confiderent. At ipsi ab eo currunt etiã ad satanas, Caeodemonem. De qua Idololatria multa, vt in eo dem ppheta, ita in libro Regum scripta leguntur. Ita hodieq; faciunt omnes sancti Hypocritæ, vt quancumq; aduersitate aliqua præiuntur, non ad deum currant, sed ab & prae eo fugiant, hoc tantum cogitantes, quò vel per seipfos, vel humana ope suis malis liberentur, interrim tamen sese non modo bonos homines iudicantes, sed etiam iudicari permittentes.

VNDECIMO.

Iustus ex fide
de viuit.

Hæc est diui Pauli in multis locis sententia, in quibus tantæ fidei attribuit, vt dixerit. Iustus ex fide sua viuit. Nam fides id ipsum est, propter quod homo apud deum iustus habetur. Si ergo iusticia est in fide, clarum est eandem solam omnia dei præcepta implere, & omnia sua opera iustificare. Quando aliquum nemo iustus est nisi omnia dei præcepta impleat. Rursum, neminem quoq; opera sine fide iustificat. A deo igitur pleno ore S. Apostolus opera rejicit, & fidem commendat & extollit, vt nõ nulli verbis eius offensi, dixerint, Ergo nihil bonorum faciemus operum. Sed hos tamen tanq; errabundos, & parum prudentes reprehendit. Ita hodieq; fit. Nobis enim rejicientibus magna & splendentia opera, absq; omni fide facta nostro seculo, aiunt dumtaxat credendum & nihil boni faciendum esse. Nam opera primi præcepti appellant his temporibus, cantare, legere, organum pulsare, rem diuinam facere, siue celebrare, matutinas, vesperas, & reliquas horas canonicas orare, templa, altaria, monasteria fundare & ornare, campanas, ornamenta, vestes, & thesauros accumulare, Romam & ad sanctos currere. Deinde sic vestiti, genua se tentes, rosaria & psalteria orantes, & hæc omnia non ante idolum sed ante sanctam crucem dei vel imagines sanctorum eius facientes, hoc ipsum dicimus deum colere, adorare, & argumento primi præcepti nullos alios habere deos. Quæ tamē & vsurarij, & adulteri, & omnigeni peccatores, & faciunt,

Ceremoniæ.

& facere possunt quotidie. Vbi ergo hæc hæc fiunt fide, vt credamus omnia deo placere, tum sunt laudabilia, non sua ipsorum virtute, sed propter fidem ipsam, cui omnia opera, vt dictum est, æqualia sunt. Nobis vero vel dubitantibus, vel non existimantibus deum nobis clementem & propitium esse, & nos deo placere, vel nobis presumentibus, nos per & post opera deo piacere, tum nihil sunt nisi meræ fraudes, imposturæ, & deceptiones, exterius deum colere, & interius seipsum pro idolo ponere. Hæc igitur causa est, quare tam frequenter contra talia opera, pompas, ostentationes, multitudines, locutus, & reiecerim. Quod in professo & aperto sit, eadem non solum in dubitatione, & sine tali fide facta esse, verum etiam inter mille homines vix vnum esse, qui non suam fiduciam in ea colloce, sibi persuadens ita dei gratiam & favorem se assecuturum, & eius sese gratiam preuenturam, & ex eo nundinas facturum. Id quod deus ferre non potest, vt qui gratiam suam gratis pollicitus, velit vt a gratia eius incipiamus per fiduciam, & in eadem omnia opera quibuscumque sint nominibus, perficiamus.

DVODECIMO.

¶ Ex his triplè consideres, quam longe distent inter sese, primum præceptum externis operibus, & interna fiducia implere & perficere. Nam hoc reddit vere viuos dei filios, illud dumtaxat deteriorem idololatiam, & longe nocentissimos Hypocritas omnium quæ in terris sunt, innumeros mortalium suo ingenti splendore in suam rationem ducentes, permittentes tamen ipsos sine fide manere, & ita miserabiliter eos decipiunt, herentes in externo strepitu & apparatu. De quibus Christus dixit Math. 14. Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Item Iohannis .4. Mulier crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales querit, qui adorent eum. Hæc & eiusmodi sententiæ sicut me mouerunt, ita & omnes mouere debent, ad reiiciendam magnam pompam cum bullis, sigillis, vexillis, indulgentiis, quibus miserum vulgus adducitur ad construenda templa, ad dandum, ad fundandum, ad orandum, & tamen interim fides supprimitur, & silentio inuoluitur, imo prorsus opprimitur. Nam, quando fides inter opera nullum habet discrimen, non potest iuxta eam constare vllum operis præ alio, adeo inflatum & elatum. Siquidem fides sola vult dei

Impletio
primi præcepti.

Fides non
externus fuitus.

Impie docetur
bona opera sine fide.

seruitus & cultura esse, neq; vlli operi alteri, vel nomen, vel honorem huiusmodi permittere. Nisi quantum ipsa ei honoris im-
perit. Quod tum facit, quando opus in & ex ipsa fit. Quod ma-
lum in veteri testamento est presignatum, quando Iudei deserto
templo offerrebant in alijs locis, in lucis & motib. Ita & hi faciunt,
soliciti & proprii facere oia, hoc capitale op⁹ fidei nunq; facientes.

DECIMOTERTIO.

¶ Vbi ergo nunc sunt, interrogantes, quae sint bona opa, quid
facere debeant, quomodo boni esse debeant? Imo vbi sunt etiam,
dicentes, nobis de fide predicantibus nulla nos opa docere, neq;
facere deberet? Nonne hoc primum preceptum plus facit nobis
negotij, quam quisq; possit implere? Nam si vnus homo mille
homines, vel omnes homines, vel omnes esset creaturae, ipsi ta-
men hic saus esset impositum, & plus quam satis, dum ipsi pre-
ceptum est, semper in fide & fiducia erga deum viuere & peres-
grinari, neq; fidem in quempiam alium ponere, & ita vnū dum-
taxat, eumq; verum deum habere. Quum ergo vita & natura
humana ne momento quidem possit esse sine vel facto, vel de-
lictō, passione vel fuga (Nec enim vita, vt videmus, vnquam
conquiescit) Itaq; incipiat quicumq; velit probus esse, & plenus
bonorum operum fieri perpetuo in hac fide, discat assiduo om-
nia & facere & dimittere in eiusmodi fiducia. Ita enim inueniet
quantum habeat negotij, & quā omnia in fide consistant. Neq;
vnquam posse in ocio esse, quando ocium quoq; in fidei exer-
cicio & opere fieri necesse est. Et breuiter, nihil in nobis, vel esse,
vel perire & concidere potest, credentibus vt debemus, omnia
deo placere. Tum enim non possunt non esse & bona & meri-
toria. Ita ait S. Paulus, i. ad Cor. 10. Fraus siue igitur editis, si-
ue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Non aut
potest fieri in nomine eodem, nisi eadem fiat fide. Item ad Ro-
s. Scimus quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in
bonum. Ideoq; verbum dicentium, bona opera esse prohibita,
nobis fidem solam praedicantibus, perinde est atq; si me di-
cente egroto cuiquam, si haberes sanitatem, haberes & omnia
membrorum opera, sine quibus omnium membrorum opus
est nihil, ipse ex hoc intelligeret, me opera membrorum prohibi-
uisse, quum tamen mea sententia fuerit, vt sanitatem oportere
& esse & operari omnia opera omnium membrorum. Ita debet
re esse fidem opificem, architectum & ducem in omnibus ope-
ribus; Alioquin enim opera prorsus esse nihil.

Similitudo
elegans.

DECIMOQVARTO.

¶ Quod si dixeris, quare tam multas habemus & sacras & prophanas leges: tam multas ceremonias templorum, monasteriorum, ciuitatum, ad mouendos, cogendos & prouocandos homines ad bona opera, si fides per primum preceptum omnia facit. Responsio. Non ob aliud, nisi quod fidem non omnes, neq; habemus, neq; sentimus. Nam si eam omnes haberemus, nunq; nobis vllis esset opus legibus, sed vnusquisq; nostrum bona opera semper faceremus, sicut eum eadem fiducia docet. Sunt autem quatuor hominum genera. Primi iam nominati, quibus nullis legibus est opus. De quibus Paulus. i. ad Ti. i. dicit. Iusto (hoc est credenti) lex non est posita. Verum eiusmodi homines faciunt libero animo quicquid & sciunt & possunt, hoc solum firma & stabili fiducia respicientes, dei gratiam & beneuolentiam ipsis in omnibus rebus adspirare. Secundi sunt, qui volunt eadem libertate abuti, & ea falso subnixi & freti pigrescunt. De quibus Sanctus Petrus. i. Petri. 2. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. Quasi diceret, libertas fidei non dat licentiam peccandi, neq; eam conuelat, sed dat libertatem omnigena opera faciendi, & oia paciendi, vicinq; in manus venerint. Ita, vt nemo, vel vni, vel aliquibus operibus peculiariter & dumtaxat sit alligatus. Sicut & Sanctus Paulus ad Galatas .5. ait. Vos enim in libertatem vocati fuistis fratres, tãtum ne libertatem in occasionem detis carni. Hiigiur agendi sunt legibus & custodiendi doctrinis & admonitionibus. Tertij sunt improbi homines, ad peccata & vicia semper proni, quos oportet leibus sacris & prophanis cogere tanq; efferos, & equos, & canes. Quod si parum profuerit etiam vltimo suppliio affiendi gladio temporali. Quemadmodum Sanctus Paulus ad Roma, 13. dicit. Principes non sunt terrori bene agentibus, sed male. Vis autem non timere potestatem, qd bonum est facito. Dei enim minister est tibi in bonum, quod si feceris, id qd est malum time. Non enim frustra gladium gestat. ¶ Quarti sunt, qui adhuc feroces, infirmi, & pueri in intellectu sunt fidei & vitæ spiritualis, quos necesse est veluti pueros allicere & inuitare exterioribus, ceremonijs, ornamentis, lectionibus, orationibus, ieiunijs, canticis, templorum cultu, organis, & quicquid vt in templis, ita Cenobijs ponitur vel obseruatur, donec & ipsi discant fidem cognoscere. Quamquam hic magnum est discrimẽ, vbi principes & magistrat⁹, vt nũc proh dolor fit, eius modi ceremonijs & opib⁹ exteriorib, ita versantur & fatigantur,

Traditiones
cerimoniaz.

Quatuor
genera ho-
minum.

quasi vera essent opera, omiſſa interim fide, quam ſemper circa hæc docere debuiffent. Non ſecus atq; mater pueri iuxta lac, & reliquos ingerit cibos, donec puer ipſe per ſe cibos robuſtiores comelle poſſit.

DECIMOQ VINTO.

Infirmi tolerandi.

¶ Cæterum, quum oēs non ſumus pares & conſimiles, oportet id genus homines a nobis tolerari. & perferri, eaq; obſeruare & portare quæ ipſi obſeruant & portant. Neq; eos contemnere, ſed veram fidei viam docere. Sicut S. Paulus ad Ro. 14. docet. Infirmum in fide ſuſcipite ad inſtruedum. Quod & ipſe fecit. i. ad Cor. 9. Et factus ſum Iudeis tanq; Iudeus, vt Iudeos lucraret his qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem ſub lege, vt eos qui ſub lege erant lucrificerem. Et Chriſtus Mat. 17. daturus tributum, quod tamen non debebat, diſſutauit cū S. Petro: debent ne filij regum tributum, an vero dumtaxat reſpondente igiur Petro, taniū aliorum hominū filios idipſum debere: ait Chriſtus. Ergo filij ſunt liberi, vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcē qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me & te. Hic videmus vt omnia opera, ſic cunctas res Chriſtiano eſſe liberas, p̄ ſuam fidem, & ab eo tamen cum incredulis & ferri & obſeruari id quod non debeat. Id autem facit ex libertate, vt certus & nihil addubitans ſic deo placere. Idq; libenter facit, ſuſcipiens vt aliud opus libere, quod ſine ipſius electione & propoſito in manu eius incidit. Vt qui hic tantum cupiat, & nihil aliud requirat, quā quemadmodum in fide ſua ita opereur, vt deo placeat. Verum qm̄ propoſuimus in hoc ſermonē docere, quānam vere bona ſint opera, & nunc loquimur de ſummo omniū opere, maniſeſtum eſt nos nō de ſecundis, tertijs, aut quartis hominibus, ſed de primis loqui, quibus neceſſe eſt omnes alios conſimiles fieri, & interim a primis doceri & perferri. Itaq; eiufmodi infirmæ fidei homines, parati benefacere, & meliora addiſcere, & tamē im̄ prudentiores quam vt capere & intelligere poſſint, in eorum ceſſationijs non ſunt contēnendi, ſi credant, de ſe actum eſſe. Ergo accuſent eorum indoctos cœcorū doctores, qui eos fidem nr̄ q̄ docuerunt, ſed tam profunde in opera traxerunt. Igiur deſuſſe & paulatim educendi ſunt ex operibus in fidem, nō alijs atq; cum ægrotis ſit, & permittendi aliquibus operibus aliquā diu propter ipſorum conſcientiam adherere, atq; ducendi & agēdi ad ſalutē

ad salutem, donec fidem recte amplectantur. Ne nobis conantibus eos tam seueriter & acriter extrahere ex operibus, eorū conscientia confertata & cōuulsa erret & diuagetur incerta, neq; fidē, neq; opera retinens. Sed d'urę ceruicis homines, in operibus pertinaciter obstupescati, relinquendi sunt, vt cecus cecum ducat, sicut & Christus docuit & fecit.

DECIMOSEXTO.

¶ Cæterū dixeris, quō mihi certo persuadeas, omnia mea opera deo placere, interdū nimium loquens, comedens, bibēs, dormiens, vel alioquin a recto discedens, quod mihi vitare sit impossibile. Respondeo. At ista interrogatio arguit, abs te fidem adhuc non aliter quā reliqua haberi opera, neq; super omnia cætera existimari opera. Neq; em̄ alio nomine fides est summum opus, nisi quod permanet extinguēs venialia & quotidiana peccata, quia credis deū tibi fauere, & ad eiusmodi casus & defectus quotidianos conuiuere. Quin etiā si casus mortalis fiat (id quod tamē in fide & fiducia erga deū viuētib; vel raro, vel nunquā euenit) resurgit tamē fides, neq; dubitat, peccata sua modo abolita esse. Vt est. 1. Iohan. 2. Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iustū. Et ipse est p̄ iudicium pro peccatis nostris, nō pro nostris autē nō, sed etiam pro totius mundi. Et Sap. 15. Si peccauerimus tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et puer. 24. Septies in die cadet iustus, & resurget. Immo hanc fidem & fiduciam oportet tam sublimem & fortem esse, vt sciat homo omnē eius & vitam & actionem nihil aliud nisi damnabilia esse peccata in dei iudicio. Vt scribitur psal. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quin potius desperandum est adeo in nostris operibus, vt credamus non posse bona esse, nisi per hanc fidem, nullum iudiciū, sed puram gratiam, fauorem, beneuolentiam, mansuetudinem, & misericordiam sibi a deo persuadens, vt est psal. 25. Misericordia tua ante oculos meos est, & cōplacui in veritate tua. Et psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine (hoc est agnitio tuę gratiæ per fidem) & per hoc defixi letitiam in corde meo. Nam sicut credis & confidis, ita tibi fiet. Ecce sic ex misericordia & gratia dei, non ex sua natura sunt opera sine culpa inania & frustranea. Sed propter fidem, eadem misericordia nitentē, bona sunt. Ita oportet nos p̄p̄t opa timere, sed propter dei misericordiam consolari. Vt scribitur psal. 146. Beneplacitū est domino super timentes eum, & in eis qui sperant

Fidei vsus in
quodidianis
opib; imo
etiā in pec-
catis.

super misericordia eius. Ita nos plena eramus fiducia. Pater nos-
ter, qui es in caelis, nihilo secius obsecrantes, dimitte nobis debi-
ta nostra. Sumus filij, & tamen interim peccatores. Sumus accep-
ti, & tamen non satisfacimus. Id quod totum facit fides in dei fi-
ducia confirmata & stabilita.

DECIMOSEPTIMO.

Vnde fides:
nempe ex
uero, seu
Euangelio
Christi.

¶ Quod si interrogas, ubi fides & fiducia inueniri possent, aut
vnde proficisci. Hoc vero maxime omnium est necessariū scitu.
Primum, proculdubio non proficiscitur, neq; ex tuis operibus,
neq; meritis, sed tantum ex Ihesu Christo id ipsum gratis pollici-
to & dante. Vt Paulus scribit ad Ro. 5. Commendat autem cha-
ritatem suam deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores
essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est, quae
si diceret, An illud nobis non foret & inuictam faciat fiducia,
Christum pro nostris peccatis esse mortuum, priusq; id petere-
mus, eoque nomine nondum sollicitudine afficeremur, imo tum
in peccatis semper pergentes. Deinde sequitur. Multo igitur ma-
gis nunc iustificari in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.
Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem
filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Et
ita oportet ut in te Christum & imagineris, & videas, quomodo
in eo tibi deus suam misericordiam proponit & offert, sine omni-
nibus tuis precedentibus meritis, ut ex eadem effigie eius gratiae
tum fidem, tum fiduciam remissionis omnium peccatorum tuis
orū haurias. Quae propter fides non ab operibus incipit, sed ea ne-
meribus, & morte Christi scaturire & profluere. In quo videns
deum tibi ita propitium esse, ut etiam filium suum pro te tradat,
necesse est cor tuum dulcescere, & vicissim ita adfici ut deum dis-
litgas. Et ita fiduciam ex mera dei gratia & benevolentia erga te,
& tua rursus erga eum oriri. Sic enim legimus, nunquam datum esse
se cuiusque spiritum sanctum operanti, sed semper Euangelium a
Christo & misericordiam audientibus. Ex quo verbo hodieq;
oportet, neque aliunde fidem proficisci. Nam Christus est petra,
ex qua butyrum & mel, ut Moses dicit, Deuteronomij, 32.
sugitur.

DECIMOCTAVO. DE SECUNDO PRÆCEPTO.

Op^o secūdi
præcepti.

¶ Ecce hæcenus tractauimus primum opus, & primum præceptum, & tamen breuius, crassius, & intranscurſu, vt de q̄ plura poſſint dici. Nunc igitur per ſequentia præcepta queramus opera lauius. Eſt igitur ſecundum & proximum opus poſt fidem op^o ſecundi præcepti, vt dei nomen honoremus, neq; eo in vanum vtamur. Quod non minus, quam omnia alia opera, ſine fide fieri non poteſt. Si autem ſine fide fit, nihil eſt proſuſ, niſi mera hypocriſis & ſpecies. Poſt fidem nihil poſſumus maius facere, quam dei laudem, honorem, nomē, laudare, prædicare, cantare, & modis omnibus extollere & magnificare. Et quamuis ſuperius dixi, & verum eſt, nullam eſſe in operibus differentiam, vbi fides & eſt, & operatur, id tamen ita intelligendum eſt, quando cum fide opera conferuntur. Sed comparando opera cum operibus, habent diſcrimen, & vnum eſt altero ſublimius. Sicut em̄ in corpore membra, quod ad ſanitatē attinet, nihil habent diſcriminis, & ſanitas perinde in vno atq; in altero operatur, ſunt tamen interim membrorum opera diuerſa & ſeparata, & vnum altero altius, nobilius, & commodius, ita & hic dei nomen & gloriam laudare melius eſt operibus aliorum præceptorum, & tamē oportet idipſum non minus q̄ reliqua præcepta omnia in eadē fide procedere. Sed ſcio hoc operis paruiſieri, ſed & ignotum eſſe factum, ideo diligentius inſpiciamus, contenti dixiſſe, vt hoc opus in fide & fiducia fiat, deo placeat. Imo nullum eſt opus in quo ita euidenter & efficaciter ſentias fiduciā & fidem, vt in cultura nominis diuini. Et mirificum eſt adiuuentum fidei & augendæ & confirmandæ, quamuis & oīa opera ad idipſum preſunt. Vt S. Petrus 2. Petri. 1. dicit. Fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.

DECIMONONO.

¶ Sicut primum præceptum prohibet, ne habeamus alienos deos, interim præcipiens vnum eundemq; verum deum colendum, per firmam fidem, fiduciam, beneuolentiam, ſpem, & charitatem, que ſola ſunt opera quibus vnum deum habere, colere, & ſeruare poſſumus. Nā nullo alio opere pot eſt deus, vel imperari, vel amitti, quā ſola, vel fide, vſq; incredulitate: fiducia vſq; deſperatione. Neq; em̄ aliquid reliquorū operū deum attingit. Ita & in ſecundo opere prohibetur, ne nomen dei inuaniū ſumamus.

Quod tamen non satis sit, sed inter id etiā præcipitur, vt nomen eius colamus, inuocemus, prædicemus & laudemus. Nec reuera possibile est nomen dei non irreuerenter haberi vbi non vere colitur. Quāuis etiā ore, genutum flexione, osculatione, vel alijs gestibus honoratur, tamē si hoc non fit ex corde per fidem in fiducia erga deum, nihil tamen est nisi species & color hypocrisis & simulationis. Nunc vide, quā multiplicia bona opera possit hō in hoc præcepto omnibus horis facere, & nunquā sine bonis opibus huius præcepti esse, si velit, vt certe non habeat opus longe peregrinari, aut loca sancta visitare. Dic ergo, quod nam momentū transmitti possit, quo non sine intermissione, vel bona dei accipiamus, vel malas aduersitates patiamur? Quid autē sunt dei bona & aduersitates aliud, quā perpetuę admonitiones & puocamenta ad deū laudandū, colendū, & benedicendū, eumq; & eius nomen inuocandū? Itaq; etiā rerū omnium vacuus & feruans, nonne satis habeas negotiū in hoc vel vnico præcepto, vt deum perpetuo benedicas, cantes, laudes & colas? Nam ad quid aliud lingua, vox, idioma, & os cōdita sunt? vt est in psal. 50. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuā. Item. Labia mea laudabunt te. Quid etiā in cœlo est operis nisi huius secundū præceptū? Vt legitur psalmo. 83. Beati qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorū laudabūt te. Sic Dauid in psalmo 33. Semper laus eius in ore meo. Et S. Paulus. 1. Cor. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite. Itē ad Coloss. 3. Omne quocūq; facitis in verbo aut in opere, omnia nomine dñi nostri Ihesu Christi agite, gratias agentes deo, & patri per ipsum. Quod si hoc opus obseruauerimus, hic in terris regnū cœlorū habebimus, sed & semper satis superq; quægeremus, sicut & beati in cœlo.

VIGESIMO.

¶ Hinc venit admirabile & iustū dei iudiciū, quod interdum inops & pauper homo, quē nemo respicit, multa & magna opera secum habeat, & domi suę & secū vel deum hilariter laudat, in rebus secundis, vel in aduersis plena cum fiducia inuocat, in comatus & acceptius faciens opus, quā alius multū ieiunans, orans, tēplacondens, peregrinans, & hic & alibi sese multis operibus defatigans. Hic etiā eidem fit fatuo, vt oscitet respiciens ad magna opera, ita prorsus cœcus, vt hoc tam magnū opus nunquam obseruet. Vt deum laudare in eius oculis parū sit opus, præ magnis imaginibus excogitatis proprijs operibus. In quibus fortassis seipsum plus quā deum laudat, vel saltem voluptatem ex illis capit ma-

lorem quā in deo, & ita bonis operibus secundū pręceptū dei & eius opera oppugnat. Sicut phariseus in Euāgelio & publicanus horum omnium figuram exhibent. Nam peccator in suis peccatis deum inuocabat, & laudabat, tangens duo summa pręcepta, fidē & dei honorem. Phariseus uero uerū horū affectuū sese ostendebat in alijs bonis operibus, quibus non in deo, sed semetipso gloriabatur, magis in seipso quā in deo confidens. Quapropter hic merito reiectus, & ille electus est. Quod totum facit, quod q̄ sublimiora & meliora sunt opera, eo minus splendent. Ad hęc quod unusquisq̄ pręsumit sese opera facile facturum. Cernim⁹ enim neminem adeo simulare sese dei nomen & gloriam laudare, ut eos qui hoc nuncq̄ faciunt, & eo opere quando cor sine fide est, precioso operi contemptum conciliant. Ita ut sanctus Apostolus Paulus non dubitaret ad Ro. ij. libere dicere, eos potissimum dei nomen blasphemare, qui se de lege dei iactitant, Nā nomen dei nominare, & honorem eius papyro & parieti inscribere, facile factu est, sed ipsum ex animo laudare, & benedicere in eius benefactis, & constanter in omnibus aduersitatibus inuocare, hęc sane rarissima, & summa omnium operum post fidem sunt. Adeo, ut si videre liceat quam pauci sint horum in reipublica Christiana, possemus prę calamitate mori, interim tamen semper crescentibus sublimibus pulchris, supernitidis operibus ab hominibus excogitatis, quę his ueris operibus colore sint similia, intus uero & in fundamento omnis & fidei & fiducia expertia, & quę nihil profus habeant boni. Ita reprehendit Isaias xlvij. populum Israhelem, Audite hęc domus Iacob qui uocamini nomine Israhel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israhel, recordamini non in ueritate, neq̄ in iustitia. Hoc est, q̄ hęc non uere in fide & fiducia faciebant, quę uera est ueritas & iustitia, sed confili i seipsis, sua opera, & suas uires. Dei tamen inuocabant & laudabant nomen, quę non conueniunt.

VIGESIMOPRIMO.

¶ Primum ergo opus huius pręcepti est, Deum laudare in omnibus suis beneficijs, quę in estimabiliter multa sunt, ita, ut huius modi laudis & gratiarum actionis merito nulla, neq̄ intermissio, neq̄ finis esse debeat. Nam, quis cum possit perfecte pro naturali laudare uita, ut taceam pro omnibus temporalibus & semperpiternis bonis. Ita est homo hoc unico capite huius pręcepti bonis & preciosis operibus obrutus & accumulatus. Quibus si uera utatur fide, sane non frustra hic fuerit. In hac autem re nemo mortalium uehementius peccat speciosissimis sanctis, sibi ipsis

Laudare deū

Periculosū
ethnias his-
torias legere,
nisi premu-
nitus sit an-
mus verbo
dei.

bene placenibus, sese libenter iactantibus, vel saltem libenter su-
as laudes, honores, & præconia coram mundo audientibus. Itaque
secundum opus huius præcepti est, fugere & vitare omnes tem-
porales honores, glorias & laudes, & nequaquam suū nomen, lau-
dem, & celebritatem querere, ut oēs de eo, quod dicitur, & can-
tent, & loquantur. Quod valde periculosum, & tamen vniuersi-
sum omnium est peccatorum, & proli dolor contemptum.
Volunt enim omnes videri, & nemo minimus haberi, utcumque
humilis & sordidus sit. A deo profunde natura est deprauata, in
sua propria opinione, & in sui ipsius propria fiducia, contra duo
prima præcepta. Nunc autem hoc immane scelus in mundo præ-
summa iudicatur virtute, quo nomine summi est periculi. Ethni-
corum historias & libros legere, vel audire, nondum satis expertos
& instructos diuinis præceptis & historiarum sacræ scripturæ. Si-
quidem oēs ethnici & gentiles libri hoc veneno querunt de laudis
& honoris sunt referti. In quibus secundum coecam rationem dis-
citur, non esse magnificos & egregios homines, qui laude & hon-
nore non tangerentur, & pro optimis haberi, qui corpore & vita,
propinquis & opibus, & breuiter reliquis rebus omnibus con-
temptis, laudem & honorem persequuntur. Omnes enim sancti
patres de hoc vicio conquesti sunt & magno consensu decreuerunt,
extremum esse omnium viciorum ad vincendum. S. Au-
gustinus dicit, omnia reliqua vitia in malis fieri operibus, excep-
to honore & beneplacito, quod fiat in & de bonis operibus. Idem
etiam si homo nihil aliud iterum habeat negotij, quam hoc secundum
opus huius præcepti, satis tamen habeat per totam vitam suam
occupationis & laboris depugnandi cum hoc vitio. Tam calli-
dum & pernicax est, tam renitens eijcienti. At nunc relictis his
omnibus bonis operibus nos exercemus in multis alijs vilioribus
bonis operibus. Immo plane alijs bonis operibus hoc subter-
timus & obliuione obliteramus. Ita sanctum dei nomen per
nostrum maledictum nomen, beneplacitum, honoris requisitum
onem, & ambitionem in vanum sumitur, & irreuerenter habetur,
dignum quod solum & vnum colas & honores. Quod peccatum
gravius est coram deo, quam & homicidium, & adulterium.
Sed eius malitia non tam liquido cernitur ut homicidij & adul-
terij, propter eius subtilitatem. Nam non in crassa carne, sed in
spiritu pñcitur.

VIGESIMOSECVNDO.

¶ Sunt qui existimant posse iuuentuti, eam iactantia, honore,
& laudibus, & rursus dedecore & infamia proocari & moueri ad
bene faciendum atque viuendum. Nam sunt multi ut facientes bona,

ita omittentes mala metu infamie, & amore laudis, quæ alioquin nequaquam viderentur vel omitterent. Quos suo relinquit iudicio, sed regimur quod vere bona opera sint facienda. Ad quod quicumque pensati sunt, non egent ut timore dedecoris, & studio honoris agatur, sed habent & habere debent nobilitatem impulsione, hoc est dei preceptum, dei timorem, dei beneplacitum, & eorum fidem & amorem erga deum. Qui hanc impulsione non habent, vel non curant, permittentes sese honore vel infamia agi, accipiunt mercedem suam, ut dominus dixit. Math. 6. Et qualis est impulsio, tale est & opus & merces. Neutrū vero bonū, nisi in oculis seculi. Ego autem iudicari tam facile hominem nondum adultum assuefacere & agere dei timore & preceptis, ut nulla re alia. Vbi vero hoc nihil profuerit, necesse est eos a nobis perferri, ut propter infamiam & honorem bonafaciant, omittant mala. Sicut tolerare cogimur, in peccatis homines vel imperfectos, de quibus superius dictum est. Neque est quod in hoc amplius faciam nisi ut eis dicam, quomodo eorum factum coram deo non sit sufficiens & iustum, eos ita permittentes suis ipsorum moribus, donec discant propter deum bene facere. Quæadmodum infantes donis & promissionibus parentum ad orandum, ieiunandum, discendum prouocantur quod tamen non bene fuerit per totam facere vitam, & nunquam discere, timore dei bene facere. Multo deterius, si assuecerent propter laudem & honorem bene facere.

Timore dei,
non ambitio
one prouo-
candam ad
bona opera
iuuentem.

VIGESIMOTERTIO.

¶ Hoc tamē verū est, oportere nobis esse bonū nomē & honorem. Vnusquisque igitur sese eiusmodi prestat, ut nihil de eo mali possit dici, ne quisquam in eo offendant. Ut dicit s. Pau. ad Ro. 12. Prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Et. 2. Cor. 4. Commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. At vero hic magna opus est & diligentia & prudentia ne eiusmodi honor & nomē bonum amefaciat, & sibi in ipsis amore & complacientia pariat. Hic enim prece dit verbum Solomonis: Sicut ignis in fornace probat aurum, ita homo probatur ore laudantis eius. Necesse est ergo paucos & prorsus sublimiter spirituales esse homines, qui in laudibus & honoribus ita liberi & equales perseverent, ut nihil talium amplexi, sibi in illis non placeant, toti liberi & vacui permanentes, soli deo suum honorem & nomen ascribentes, & ad illum referentes quicquid habent excellentiæ, neque ipsis aliorum quam ad gloriam dei videntes, & ad utilitatem proximi, nihil autem minus quam ad priuatam sui ipsius commoditatem, vel prerogatiuam. Ita, ut sibi de suo honore nihil presumant, nihil offerantur, supra vilissimum & sordidissimum

Non bonū
nomen, sed
boni nomis
nis abusiō
mala est.

omnium mortalium qui in terris viuere potest. Sed seipsum reo
 cognoscant vt seruos dei, largitoris eiusmodi honoris, ad seruien-
 dum deo & proximo. Non aliter, q̄ si eis commisset aliquot au-
 reos suo nomīe pauperibus distribuendos. Ita dixit Math. 5. Lu-
 ceat lux vestra coram hominibus, vt videant opa vestra bona,
 & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Non dicit, vt glo-
 rificent vos, sed vestra opera, ipsi tantum ad meliorem frugem
 & vtilitatem seruiant, vt per hoc deum in vobis & in seipsis lau-
 dent. Hic enim verus est vsus boni nominis & honoris, quādo
 deus his laudatur cum aliorum vtilitate. Hominibus vero volēs
 nos ipsos, & non deum in nobis laudare, ne patiamur, sed
 id omnibus viribus deprecemur, & fugiamus, vt grauissimum
 omnium peccatorum, & furum honoris diuini.

VIGESIMOQ VARTO.

Quomodo
 etiam p pec-
 cata humili-
 emur.

¶ Hinc fit, vt sep̄ numero permittente deo, homo in grauiā
 incidat peccata, vel ipsis inuolutus iaceat, vt tam coram se ipso q̄
 alijs infamis fiat, alioquin minime p̄ hoc tā immani vitio ma-
 nis honoris & nominis saluus futurus, si in magnis muneribus
 & virtutibus stetit. Deum enim oportet huic peccato alijs gra-
 uibus peccatis occurrere, vt sanctum eius nomē in honore ma-
 neat. Ita vnum peccatum alterius fit remedium & medicina, pp̄
 ter nostram peruersam malitiā, non solū omnia facientem ma-
 la, sed etiam omnibus bonis abutentem. Nunc vide quantum sit
 homini negotiorum, volenti bona facere opera, ipsius manibus
 semper magno cumulo occurrentia, quibus cū sit stipatus, proh
 dolor ea per coecitatem sinit iacere, alia pro suo arbitrio & volū-
 tate requirens & sequens, ita, vt nemo satis contra hoc loqui, ne-
 mo satis hoc vitare possit. Cum hoc omnibus prophetis fuit ne-
 gotium, qui omnes ob id trucidati sunt, tm̄ quod eiusmodi opa
 electiua, & vltro suscepta & excogitata reſcientes & damnantes
 dei p̄cepta dumtaxat p̄dicarent. E quibus Hieremias dicit. c.
 7. Hęc dicit dominus exercituum deus Israel. Holocauftomata
 vestra addite victimis vestris & comedite carnes, quia non sum
 locutus cum patribus vestris & non p̄cepi eis in die qua eduxi
 eos de terra Aegypti, de verbo holocauftomatum & victimarū,
 sed hoc verbū p̄cepi eis, dicens. Audite vocem meam, & ero
 vobis deus, & eritis vos mihi populus. Hoc est, audite nō quod
 vobis rectū & iustum videtur, sed quod ego vobis impero, &
 ambulate ī omni via quam ego mandauī vobis, vt bene sit vos-
 bis. Et Deutero. 12. Quod p̄cipio tibi hoc tantum facito, dño,
 nec addas quicquam, nec minuas. Hęc & eiusmodi innūterabiles

sententiæ scripturæ, dictæ sunt ad auellendum hominem non solum a peccatis, sed etiã ab operibus ipsorum opinione bonis & iustis, & tantum adducendum eos simplici mente ad dei præcepta, vt ea sola semper sola summo opere curent & obseruent. vt est Exodi. 13. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, vt lex domini semper sit in ore tuo. Et psal. 1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Nã nobis satis, & plusq̃ satis est occupationum, satis facturis dei præceptis. Dedit em̃ nobis eiusmodi præcepta, quæ si intelligeremus, certe ne momento quidem ociari possemus, omnium aliorum operum facile obliu. Verum malus spiritus, qui non quiescit, dum non potest nos ad sinistra in mala trahere opera, respicit dextrum ad electicia speciosa bona opa, contra quæ deus præcepit. Deu. 28. Iosue. 23. Tm̃ confortamini & estote solliciti, vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Mosi, & nõ declinetis ab eis, neq̃ ad dexteram, neq̃ ad sinistram.

VIGESIMOQ VINTO.

¶ Tertiu opus huius præcepti est, dei nomẽ inuocare in omnibus calamitatibus. Nam hoc iudicat deus nomen suum sanctificauit, & magni factum & cultum, si ipsum nominemus & inuocemus in persecutionibus & necessitatibus. Est em̃ breuiter hæc causa, quare nobis multas necessitates, passiones, persecutiões, & mortem etiam infligit sed & in multis nos malis peccatricibus affectibus viuere permittit, vt per eas hominem impellat ad currendum ad deum, clamandum, nomẽ eius sanctum inuocandum, & ita ad implendum hoc opus secundi præcepti. Vt dixit Psal. xlix. Inuoca me in die tribulationis, eruã te, & honorificabis me. Immola deo sacrificium laudis, & honorificabis me. Atq̃ hæc est via qua possis venire ad salutem. Nam per hoc opus homo intelligit & experitur quid dei nomen sit, & quam potens & efficax sit adiuuandi inuocantibus idipsum. Per quod nascitur mirum immodum fiducia & fides, qua primum & summum præceptum impletur. Quod expertus Dauid dixit psal. 43. Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniã bonum est. Qm̃ ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus. Et psal. xc. ait deus, Quoniã am in me sperauit liberabo eũ, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Ergo nunc vide quisnam hominum in terris tota vita sua nõ satis habeat negotij vel in hoc vno opere. Quis enim etiam horæ spacio careat tentationibus? Vt præteream interrim tentationes calamitatum quæ sunt infinitæ. Ad hæc periculis

Cœci p̃ operibus a deo p̃ceptis, nra es leticia opuscula facim⁹.

Quæ laus nominis dei, & summũ cultus, Inuocare etiã in tribulatione.

Vtiles calami-
mitates.

Iosissima omnium tentationum est hæc, vbi nulla sit tentatio & calamitas, sed omnia ex animi sententia procedunt, ne tū homo dei obliuio ferocior factus, abutatur rebus & temporibus secundis & prosperis. Imo hic decies magis eget inuocatione diuini nominis, quam in rebus aduersis. Legitur em̄ in psal. xc. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. Jam vero etiā luce clara quotidiana in hominibus experientia videmus immaniora vitia & peccata in pace, rerum vilitate, & secundis temporibus, quam bello, peste, morbis, & omni modis calamitatibus admitti. Adeo, vt Moses populū suum nulla alia causa timeret dei præcepta deseriturū, quā quod plenior, saturior, quietior iusto esset. Sicut ipse dixit Deutero. 33. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit deum factorem suum, & recessit a deo salutarī suo. Quocirca etiam deus eidem permisit multos esse reliquos hostes & inimicos, quos nolebat depellere, ne requiem haberent, sed sese exercerēt ad mandata dei seruanda, vt ludicū. 3. legitur. Sic & nobis facit, omnigenas aduersitates inferens. Adeo sollicitus est in nos, vt nos agat & doceat ad ad nomen ipsius colendum & inuocandum ad imperandā fidē & fiduciā erga ip̄m, & ita ad implēda prima duo ip̄i præcepta.

VIGESIMOSEXTO.

Contra eos
qui se contra
aduersitates
superstitioni-
bus armant.

¶ Hic igitur stulti homines periculose agunt, & præsertim sancti proprie operarij, & quicumq; aliquid sibi singularitatis adrogāt. Hic discit se benedicere, ille sese literis tuetur. Hic currit ad incantatores diuinaculos & prædictores. Ille hoc, hic aliud requirit, vt tantū aduersitates euadētes, tuto sint. Neq; enim numerari potest, quam diabolicæ in hoc prestigie imperent, incantando, adiurando, superstitionibus, quæ omnia ideo fiunt, vt nomine dei non egeant. Quibus plurimum irreuerentiæ primis duobus habetur præceptis, quod hoc apud diabolū, hominem, vel creaturam queritur, quod tantum apud deum plura, simplici, & nuda fide, fiducia, hilari audacia & inuocatione eius sancti nominis querendum & inueniendum erat. Tu igitur ipse rem manibus atrectes, an non hoc magnæ & stultæ peruersitatis sit. Diabolo, homini & creature oportet eos credere, & optima ab ipsis expectare, & sine eiusmodi fide & fiducia nihil neq; cōstat, neq; prodest. Quid ergo bono & fideli deo fraudi fuerit, quid obfuerit, quod ei non adeo, vel plus & vehementius creditur & confiditur, quam homini & diabolo: quū tamen deus non solum promittat auxiliū & certā opem, sed etiam præcipiat sibi cōfidei & omnigenas

causas prebeat & agat ad eiusmodi fidē & fiduciā in eū ponendā, Nonne hoc conquerendū & miserabile est, diabolū vel hominem, nihil precipientē aut nihil cogentem, sed tantū promittentē & pollicentem, supra deū collocari, qui promittit, cogit, & præcipit credi, & tamen plus diabolo q̄ deo tribuit Merito em pudore afficiamur, exempla sumentes ab in diabolū vel hominem confidentibus. Nam si diabolus, quāuis malus & mendax spiritus, fidē seruat, omnibus societate cum eo incuntibus, quomō non multo amplius, imo solus mansuetissimus & veracissimus Deus fidem seruabit, in se confidentibus: Diues cōfidit & nititur suis pecunijs & opibus, idq; ipsi prodest. Et nos nolumus confidere & niti viuo Deo, vt nos & velit & possit adiuuare. Prouerbio dicitur, Opes faciūt animū. Idq; verū est. Vt scribit Baruch 3. Qui argentū & aurū thesaurizant, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eius. Sed multo maior est animus, quem facit summū eternūq; bonū: quo non homines, sed tantū filij Dei nituntur & in illud confidunt.

VIGESIMOSEPTIMO.

¶ Quod si nihil eiusmodi aduersitati atq; calamitati nos cogeret ad dei nomen inuocandū, eiq; fidendū, tamen vel solum peccatum sufficiat in hoc opere nos exercere & agere. Nam peccatū nos triplici forti exercitu obsedit. Quorsū primus est, nostra propria caro, secundus mundus, tertius malus spiritus, quibus perpetuo vrgemur, agimur, & grauamur. Ita nobis causam ministrante continenter deo opera faciēdi, hoc est, cum iisdē hostibus & peccatis depugnandi. Siquidem caro querit voluptatem & requiem, mundus querit opes, fauorem, potentiam, & honores. Malus spiritus querit superbiam, iactantiā, & sui ipsius auctoritatem, & aliorum hominū contemptum. Quæ omnia tam potentia sunt vt singulis satis sit virium ad oppugnandum supandūq; hominē. Quæ nos quidem vincere nequaquā possumus, nisi inuocatione sancti nominis dei in firma fide. Vt Salomon prouer. 18. ait. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Sic David psal. cxv. Calicem salutaris accipiam, & nomē dñi inuocabo. Itē psal. 17. Laudās inuocabo dñm & ab inimicis meis salu⁹ ero. Hęc opera, sed & virtus diuini nois nobis ignota est facta, ideo quod non assueuimus eo, neq; vnq̄ serio cum peccatis pugnauimus, eius nomine non egentes. Quod indest, quod exercitati sumus dūtaxat nostris proprijs operib⁹, quæ nostris viribus facere possumus,

Peccatū quā
varie nos op
pugner,

VIGESIMOOCTAVO.

¶ Ad hæc huius præcepti opera sunt, ne iuremus, execremur, mentiamur, decipiamus incantemus, sancto nomine dei, non re-
liquos exerceamus abusus. Quæ tam grandia sunt, quàm omnis
bus in vniuersum notissima. Hæc em̄ peccata fere sola in hoc præ-
cepto sunt & prædicata & nunciata. In quibus etiam comprehen-
sum est, vt prohibeamus etiam alijs mētiri, iurare, decipere, exe-
crari, incantare & alijs modis nomine dei peccare. Quibus etiā
multæ dantur causæ vt ad facienda bona, ita ad inhibenda mala.
Sed maximum & grauissimum omnium operum huius præcepti
est, sanctum nomē dei cōtra oēs eius spirituales abusus veri, idq̄
promouere iter oēs. Neq̄ em̄ satis fuerit, vt p̄ meip̄o & ime ip̄o,
nomen diuinum laudem & inuocem tam in aduersis, quam in
secundis rebus. Necessè enim est vt prodeam, pro dei gloria &
nomine meipsum onerans inimicitijs omnium hoim. Sicut Chris-
tus suis discipulis aiebat. Odio eritis propter nomen meum om-
nibus hominibus. Hic oportet nos patrem, matrem, & optimos
amicorum offendere. Hic oportet nos magistratibus & sacris &
prophanis, & superioribus spiritualibus & temporalibus repug-
nare, & contumaces & inobedientes reprehendi. Hic oportet in
nos cōmoueri diuites, doctos, sanctos, & quicquid est in mūdo.
Et, quauis id presertim debeant quibus officium prædicandi ver-
bum dei commissum est, ad id tamen & vnusquisq̄ Christiano-
rum postulante & tempore & loco obligatur. Nam pro dei no-
mine tradendum & reddendum est, quicquid habemus & pos-
sumus, & re ipsa probare nobis dei nomen, honorem, & laudem
omnibus rebus esse chariora, & in ipsum super omnia confidere,
ab eo omnia bona expectantes. Ita profitentes eum a nobis ha-
beri pro summo bono, cuius nomine parati sumus oia reliqua
bona relinquere & dimittere.

VIGESIMONONO.

¶ Hic oportet nos repugnare omnibus iniurijs & iniquitatibus,
vbi vel veritas vel iusticia laborat, & vel vim vel necessitatē pa-
titur. Nec est vt hic personarum rationem habeamus, vt non nul-
li faciunt summopere pugnantes pro iniuria, diuitibus potentibus,
& amicis illata. Vbi autē tale quidpiā fit pauperibus, abiectis, &
inimicis facile conualescunt patientes. Tales em̄ non inspicunt
nomen dei in seipso, sed per fenestram depictam, metientes ve-
ritatem vel iusticiam secundum personas. Nunquam inueniētes
oculum suum falsum, magis psonā quam causam respicientem.

Defendere
gloriā nōis
diuini.

Hic enim intercutanei sunt assentatores & hypōcritæ; nihil nisi fucti
& colorem habentes defendendi veritatem. Oprime enim sciunt,
extra periculū esse diuitibus, potentibus, doctis, & amicis adesse,
& ab ipsis vicissim recipi gratiam, defendi & honorari. Pari faci-
litate repugnari iniuriæ pontificibus, regibus, principibus, ep̄is
& reliquis proceribus illarū. Hic enim vnusquisq; conatur esse
probissimus. O quam occultus est fallax Adam cum suo inge-
nio, quam pulchre sui commodi auaritiā nomine veritatis, iustit-
iæ, & diuini nominis regens. Vbi vero quid egeno & humili ac-
cidit homini, tum falsus ocul⁹ non multum inuenit commodi,
quamuis bene videns odium potentium. Ideo relinquat pauperem,
nihil minus curans q̄ vt laborantem adiuuet. Quis enim
multitudinem huius criminis in Christiano orbe dinūerare pos-
sit? Ita dicit deus psal. 31. Vsq; quo iudicatis iniquitatē, & faci-
es peccatorum sumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem &
pauperem iustificare. Eripite pauperem, & egenum de manu pec-
catoris liberate. Sed cum nihil horum fiat, sequitur, vt nihil etiā
neq; sciant neq; intelligant, tantum herētes in respectu & perso-
na magnorū q̄ iniusti sint, neq; agnoscut pauperes q̄ iusti sint.

Hic se princi-
pes contem-
plentur.

TRIGESIMO.

¶ Ecce hic multum esset honorum operum. Nam maior pars
potentium, diuitum & amicorum iniuriam faciūt, vim & tyrā-
nidem in egenos, humiles, & aduersarios exercentes. Et q̄ maior,
eo peior. Vbi ergo vi non possis prohibere, & veritatem iuuare,
fac tamen vt hoc ipsum fatearis verbis, neq; iniustis subscribas &
faueas, veritatem libere loquens. Quid em̄ quæso profit homini
omnigena bona opera facienti? Romam & ad omnia sancta lo-
ca currenti, oēs indulgentias impetranti, omnia templa & colle-
gia condenti fundantiq; hic se culpabilem in nomine & honore
dei iueniēt? quod eo tacito & suppresso pluris suapsius opes,
honores, fauorem, & amicos fecerit, quā veritatem (quæ dei no-
men & honor ipse est). Imo quis est hominū, cui non cotidie
homi bona opera ad fores & edes ipsius veniant? Vt ipsi non
sit opus de bonis operib. vel longecurrere, vel interrogare. Nā
intuentes hominum vitam, quam & hic & vbiq; temere & leui-
ter fiant, exclamare cum propheta cogimur. Omnis homo mē-
dax. Sunt enim omnes homines fallaces, omnes mentiuntur & de-
cipiūt. Nam veris & principalib. bonis operibus relictis, ornāt
& colorant sese minimis & vilissimis, interim tamen volētes pro-
bi esse, & securo otio & tranquillitate in coelum ascēdere. Quod
si dixeris, Cur ergo deus non solus & ipse facit, cum tamen bene

& sciat & possit vnūquemq; iuuare. Quinimo, scit quidem & potest, sed non vult solus id ipsum facere. Vult em̄ vna nobiscū operari, nobis illud habēs honoris, vt vna nobiscum & per nos sua velit opera operari. Nobis igitur hoc honoris reuenticibus, nihilo secius ipse perficiet, pauperes adiuuans, cum iniustis, eos qui ipsi noluerūt esse adiumento, honorē magnū sui operis cōtemnentes, damnaturus, tanq̄ eos qui cum iniustis senserūt. Sicut ipse quidem solus beatus est, sed qui nobis hunc tribuat honorem, & nolit solus esse beatus, sed nos vna secum beatos habere. Præterea si hæc solus faceret deus, essent præcepta eius frustra data, vt nemine habente causam sese exercendi in magnis operibus præceptorum eius. Neq; quisquam obseruaret, an deum & eius nomen p̄ summo bono iudicaret, & p̄pter eū oia piculis obijceret.

TRIGESIMOPRIMO.

**Aduersarij
impijs doc-
toribus.**

**Non audiē-
di Pontifices
nisi doceant
verbū dei.**

¶ Huiusmodi operis etiā est, resistere omnibus falsis, peruersis, seductorijs, errabundis, & hereticis doctrinis, sed & omnibus abusus sibus spiritualis & ecclesiasticę potestatis. Quod multo est subtilius. Nam hi recta nomen dei nomine dei oppugnāt. Quare magnę speciei, & magni periculi videtur illis ipsis resistere, dum prætexunt deo & oibus eius sanctis quorū vices gerūt, & quorū potestate vtantur, resistere quicumq; ipsis resistūt, dicentes de ipsis a Christo dictum esse, Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. Quibus verbis fortiter subnixi, feroces & audaces fiunt, dicendi, faciendi, dimittendi, quodcumq; volūt, excōsicandī, maledicendi, rapiendi, occidendi, & omnes suas iniquitates, omnia sua p̄bra & dedecora vtuncq; eorum fert voluptas, & qualiacumq; possunt excogitare, nullo parandi impedimento. Verum Christus non putauit eos in omnibus quę & loquūtur & faciunt audiendos, sed tantum quando ipsius verbum euangelicum, non propriū ipsorū verbū, sua opera non propria nobis proponūt. Quomō em̄ alioquin sciremus an eorum mēdata & peccata fuerint vitanda? Necessē em̄ est habere regulam quatenus & audiendi & imitandi sint, non ab ipsis, sed a deo suo per ipsos positā, ad quā nos dirigam⁹ & ducam⁹. Sicut i quoquo p̄cepto audiem⁹. Sic ergo oportet esse, vt in spirituali quoquo situ maior pars sit falsa doctrina, cōciones, & abusus ecclesiasticę potestatis, vt nobis causa & occasio dentur ad huius præcepti opera faciendā, & nos tenemur, quid nos erga eiusmodi impijs & dei blasphematores pro honore & gloria dei velimus vel facere vel dimittere. O vānam hic probi essemus, Quotiens offit

etales, nebulones suam tum Papalem tum Episcopalem excom-
municationem frustra inferrent. Quam vehementer languescen-
rent & deficerent Romanensia tonitrua, Quotiens obmutescen-
dum esset, ei quem nunc mundus cogitur audire. Quam parum
inueniretur predicatorum & cōcionatorum in orbe Christiano.
Sed ita malum illud inualuit, vt iustum rectumq; sit quicquid
ipsi proponant sibi. Hic nemo est moralium, qui pro dei noīe
& gloria pugnet. Equidem crediderim neq; maius neq; frequē-
tius peccatum admitti in exterioribus operibus, quā in hoc prę-
cepto. Est enim altius q̄ vt multi intelligant, & assequantur, atq;
adeo etiam dei nomine & potestate sic ornatum, vt periculosum
sit attingere. Verū prophete olim in hoc magistri artifices fuisse,
sed & Apostoli, potissimum diuus Paulus, qui nihil morati, ni-
hil curantes, siue summus, siue infimus sacerdos dixisset, siue in
dei siue suo ipsius nomine fecisset. Obseruabant em̄ & verba &
opera, conferentes ea cū dei pręceptis, non respicientes siue mag-
nus Ioann. siue paruus Nicolaus vel in dei vel in hominis noīe
id fecisset. Itaq; mori cogebantur. De qua re nra etate plura essent
dicēda, vt qua oīa longe peius agantur. Sed Chrm̄ Petū & Pau.
oportet hęc suis sanctis nominibus ita regere, vt nullū magis pu-
dendū pudoris & dedecoris operculum in terras venerit, quam
sanctissimū & super benedictū nomen Ihesu Christi. Possis igitur
abominari vitā, tantū propter abusum & blasphemiam sancti
nominis dei. In ter quæ, si id diuti⁹ subliterit, vereor futurum,
vt Satanā p̄ deo adorent, Tanta & tā immoderata impudentia
& sacri siue spirituales & docti omnia agunt. Summe igitur tem-
pestiuus est, vt deum oremus ex animo, vt nomē suum sanctifi-
ciet. Sed hoc sanguine constabit, & eos qui in bonis martyrum
sedent, & qui eorum sanguine acquisiti & seruari sunt, oportet
vt ipsi rursus martyres faciant. De qua re alias plura.

DE TERTIO PRÆCEPTO DEI. PRIMO.

¶ Iam vidimus quantū sit honorū operū in secūdo dei pręcepto,
quę tamē per se non sunt bona, nisi in fide, & fiducia diuini erga
nos amoris progrediantur. Vtinam igitur vel hoc solum obser-
uaremus pręceptum, interim tantum occupati, interim prohdos-
lor tot alijs operibus negociosi, huius operis prorsus imperiti.
Nunc ergo sequitur tertium pręceptum. Sabbata sanctifica.

Prima tabu-
la Moſi.

In primo eſt præceptum quomodo ſeſe cor noſtrum erga deum cogitationibus habere debeat. In ſecundo quemadmodum os verbis. In hoc vero tertio præcipitur, quales nos exhibere oporteat deo operibus. Et hæc eſt prior & dextera tabula Moſi, in qua hæc tria præcepta ſunt ſcripta, hominem in dextero latere regētia, hoc eſt, in eiufmodi rebus quæ ad deum attingunt, & in quibus deus cum eo, & ipſe cum deo habet cōmerciū & conſuetudinē, ſine medio vllius creaturæ. Prima igitur huius præcepti opera ſunt crassa, & ſenſibilia, quæ vere ſeruitutem diuinā appellam⁹. Vt ſunt miſſas audire, orare, ſermones audire diebus feſtis. Secū dum hęc opinionem per pauca ſunt in hoc præcepto bona opera. Ad hæc, niſi in dei amore, gratia, fiducia, & fide proficiſcuntur, nihil ſunt penitus, ſicut ſupra dictū eſt. Quapropter bene eſſet, minus eſſe dierum feſtorum, quando eorum opera noſtris temporibus, pene pleracq; deteriora ſunt operibus profectorū, & cōmuniū, ociādo, deuorādo, potādo ludēdo, & alijs malis factis. Præterea & miſſæ & ſermones ſine omni meliore fruge audiuntur, & orationes ſine fide dicuntur. Fere em̄ ſic fit, vt putemus ſatis factū, vbi miſſam oculis vidimus, & orationem ore diximus, ita exterius primoribus quod dicitur digitis tranſeuntes, non cogitam⁹ aliquid ex miſſa in cor concipiendū, aliquid doctrine ex ſermonis mutandum, aliquid oratione petendum, ſtagitandum, & expectandū. Quamq; hic maxima culpa eſt ep̄ſcoporū & ſacerdotum, vel eorum quibus prædicandi mun⁹ eſt iniunctū, quod Euangelium non prædicant, quod homines non docent quō miſſas videre, ſermones audire, & orare debeāt. Quare hæc tria opera paucis interpretabimur.

SECUNDO.

Uſus miſſæ.

¶ In miſſa opus eſt, vt ibi corde interſumus. Tunc autē ibi corde interſumus, quando fidem in corde exercemus. Hic oportet a nobis numerari & pōderari verba Chriſti, quibus miſſam inſtituit, dicens: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter & ſuper calicem. Accipite & bibite ex eo omnes. Hic eſt calix noui & eterni teſtamenti in meo ſanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionē peccatorum. Hoc facite quotieſcunq; feceritis in meam cōmemorationem. His enim verbis Chriſtus exequias vel anniuersarium inſtituit, ſibi cotidie ſeruandum in tota Chriſtiantate. Atq; adeo fecit ſolēne, legitimum, opulenum, & grande teſtamentū, quo legauit & ordinauit non cenſus, pecunias, & bona temporalia, ſed remiſſionem omnium peccatorū, gratiam, & miſericordiam, & vitam

& vitam eternā. Vt quicumq; ad has veniunt exequias, hoc testa-
mentum habeant, & super hoc obijt, per quod id testamentum
firmum & irruocabile factum est. In cuius signum & annunciatio-
nem, loco literarum & sigilli reliquit hic suum propriū cor-
pus sub pane & vino. Hic ergo nunc opus est, vt homo primū
opus huius p̄cepti bene exerceat, ne quid dubitet id sic certo esse,
& sinat hoc testamētum sibi certum esse, ne Christum faciat mē-
dacementem. Nam quid aliud est si ad missam stans, neq; cogites, neq;
credas, tibi Christum per suum testamentum legalle & dedisse
remissionem omnium peccatorū, quam ac si diceres, Nescio,
vel non credo verum esse, mihi remissionem peccatorū meorū
hic legatam & datam esse? O quantum iam est missarū in mun-
do. Quam pauci autem audientes eas eiusmodi & fide & vsu.
Quo deus grauit̄ offenditur. Itaq; nemo potest vtiliter interesse
officio missæ, nisi sit vel in aduersitatibus, tentationibus & desi-
derio diuinę gratiæ: vel qui libenter peccatis suis velit liberari, v̄p̄
si in malo est proposito, vt tamen sub missa sese cōmotet, & des-
ideriū assequatur huius testamenti. Ideoq; olim publici & no-
torij peccatores non permittēbantur interesse missæ. Hac ergo si-
de recte procedente, non potest fieri quin cor hominis hoc testa-
mento exhilaratum in amore dei caleat & liquatur. Tum sequi-
tur laus & gratiarum actio dulci corde. Vnde Missa græcē
εὐχαριστία Eucharistia, hoc est gratiarum actio siue gratitudo
dicitur, quod deum laudamus gratias agentes pro tali cōsolato-
rio, diuine, & beato testamento. Quemadmodum laudat, gratias
agit, & letatur, cui insignis & fidus amic⁹ mille vel plures aureos
legauit. Quamquam Christo sepenumero accidit quod legato-
ribus, facientibus aliquot suo testamēto diuites, qui ipsorū vicis-
sim ne meminerint quidem vnq; neq; laudantes, neq; gratias a-
gentes. Sic fiunt hodie nostrę missę, vt tantum fiant, nobis inter-
rim incertis & ignorātibus, ad quid profint, vel quare fiant. Que
res facit vt neq; gratias agentes, neq; diligentes, neq; laudantes, ad
missas aridi & duri perseueremus, nostris preculis & oratione culis
contenti. De qua re & alias plura.

TERCIO

¶ Sermones nihil aliud esse conueniebat quam annunciatio-
nem huius testamenti. Sed quis possit audire nemine p̄dicatē.
Nunc enim ne hi quidem intelligunt hoc testamentum quorum
est officium p̄dicare. Itaq; sermones exspiciantur & diuagan-
tur in fabulas nihili & nugatorias, sicq; Christo ī obliuionē ve-
niente, accidit nobis perinde atq; illis. 4. Regum. 7. Videbis &

Annunciatio
testamenti in
missa.

7
 inde non comedes, quod nostrum bonum videntes eo non fruimur. De quo etiam Ecclesiastes dicit, Hoc magnū est malū, vbi deus cupiam diuitias largitur, quib⁹ eum non permittit vti. Sic videmus innumerabiliter multas missas, ignari tamen interea testamentum ne sit an vero quidpiam aliud, perinde ac si sit cōmune bonum opus per se. O deus quā profus excecā sum⁹. Vbi autem id ipsum bene predicatur, sit necessario vt diligenter audiat, excipiat, seruet, sepe illius fiat mētio, & ita fides cōfirmetur contra omnes tentationes peccatorum, p̄torum, p̄sentium, futurorum. Ecce hęc est vnica cerimonia, vnica exercitatio, a Christo instituta, in qua debeamus congregari, cōuenire, exerceri, & concordēs agere. Quam tamen non vt reliquas cerimonias reliquit nudas esse cerimonias. Sed imposuit in eā sup̄ excellenter opiparum thesaurum, omnibus tradendum & dandum quicumq; in hoc testamentum crediderint. Huiusmodi sermone prouocandus esset peccator, vt de peccatis suis contritus, accenderetur desiderio huius thesauri. Ergo magnum necesse est esse peccatum eorum qui Euangelium non audiunt, & qui eiusmodi thesauros & conuiuīū opulentum ad quod vocantur cōtenuunt. Verū multo maius peccatū est, non predicare Euangelium, & tantum populorū Euangelij audiendi cupiditatem permittere perire, q̄uis tam seueriter p̄cipiente Christo Euangelium & hoc testamentum predicare, vt etiā missam noluerit fieri nisi simul & Euangelium p̄dicaretur. Sicut ipse dixit. Quocumq; feceritis in mei memoriam facietis. Quare abominabile est nostris temporibus esse Episcopum, pastorem siue parochū, & cōcionatorem siue predicatorem. Nemo em̄ amplius hoc nouit testamentū, taceo vt sint qui id p̄dicent. Cum tamen hoc summum & vnicū eorū sit & officiū & debitū. Quā difficile igitur reddent rationem pro tot animabus, defectu talium sermonum necessario pereuntibus.

Q V A R T O .

Quid oratio
& quomodo
orandū.

¶ Orandū est, nō vt sit, numerādo multa folia, & baecas, sed presentes aliquot calamitates in manus sumere, easq; toto tractare desiderio, & in his fidem & fiduciam erga deum sic exercere, vt non dubitemus fore vt exaudiamur a deo. Sic S. Bernardus suos fratres docebat, dicens. Charissimi fratres, orationes vestras ne contemnatis. Vere em̄ vobis dico, priusquam verba perficiatis, orationem vestrā in coelis inscriptam esse. Ethorū vnū certe vobis de deo psuadere, hoc est, vel futurū vt oratio vestra adimā.

pleatur, vel si non impleatur, vobis non fuisse suauū vtile si impleta esset. Sic est oratio singularis exercitatio fidei, certo orationē deo ita acceptā faciētis, vt vel certo impleatur, vel melius petito vicissim nobis deat. Ita & S. Iacobus dixit. Si quis vestrū indiget sapientia postulet a deo, qui dat oibus affluenter, & non immerperat & dabitur ei. Postulet autē in fide nihil hesitās. Qui em̄ hesitat similis est fluctui maris qui a vento mouet & circūfertur. Non ergo estime: homo ille q̄ accipiat aliquid a dño. Nonne hæc clara est sententiā, aperie vt promittēs, ita negās non confidentē nihil consequi, neq̄ quod petit, neq̄ melius? Ad quā s̄dem excitandā Christus Marci. ii. ipse dixit. Dico vobis, omnia quecunq̄ orātes petitis, credite, quia accipietis, & eueniēt vobis. Et Luce. ii. Petite & dabitur vobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis em̄ qui petit accipit, qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidē dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouū, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali nostris bona dare filijs vestris, quāto magis pater vester cœlestis de coelo dabit spiriū bonum petentibus sc̄.

Fides orationis anima & vita.

Q V I N T O .

¶ Quis ita durus, ita saxeus est, quē non tam potētia & efficacitā verba mouerint, cū om̄i fiducia hilarit̄ & libēt̄ orandē? Sed quā multas orationes necesse esset reformari, si rectē orandū sit? Nūc quidē om̄ia & tēpla & monasteria referta & plena sunt orationib. & cātūcis. Sed quomō fit vt parū ī de nascatur bonę feruitionis & cōmodi, imo vt indies peius agat? Nihil aliud causę est, quam qd̄ S. Iacobus ostendit, dicens. Petitis, & non accipitis, eo qd̄ male petatis. Nā si hæc fiducia & fides orationi desit, oratio ē mortua, & nihil aliud prorsus quā grauis labor & fatigatio, pro qua si quid tribuitur, nihil tamen est aliud nisi temporale cōmodū, sine om̄ibus bonis & auxilijs animarū. Imo gradū incōmoda & excecationes animarū. In quibus procedunt, ore multū demurmurātes, nihil respiciētes id ne cōsequātur siue cupiāt, siue cōfidāt. Et ita permanēt in eiusmodi incredulitate peruiacaces, vt in pessima consuetudine, contrā vsū fidei, & naturam orationis. Ex quo sequitur, vere orantem nunq̄ dubitare, suam orationem certo esse acceptam & exaudiatā, etiā si idipsum non imperet quod orauerit. Nam deo proponenda est calamitas in oratione, non tamen modum, mensuram, rationem,

Promissiones excitent nos ad orandum.

scopum, metam, vel locum ponēdo deo, sed an meliora & alia nobis dare velit, quam nos cogitare possumus ipsi permittere. Sicut S. Paulus ad Ro. 8. dicit, Et deus altius & melius operatur & dat quam nos assequimur & intelligimus. Vt ad Ephesios. 3. dicit. Ita vt nulla sit dubitatio orationem esse acceptam, & exauditam, vt tamen deo tempus, locus, modus, & scopus liber sit. Quippe qui rem optime conficiet & conuenit. Hi em̄ veri sunt adoratores, eum in spiritu & veritate adorantes. Nam quicunq; non credunt se exaudiri peccant ad sinistram, cōtra hoc præceptum, nimium inde deflectentes incredulitate. Qui autē deo scopū & metam præfigunt peccant ad dexteram, nimium accedentes tentatione dei. Deus autem vtrumq; prohibuit, ne in peccato ipsius, neq; ad dexteram neq; ad sinistram deflecteremus, hoc est, vt neq; incredulitate neq; tentatione dei peccantes, simplici fide in via recta manētes ipsi confidamus, non tamen metā ponētes.

SEXTO.

Ad dextram
ad sinistram
huius præ-
cepti peccare

Opus primi
præcepti vita
oīm operū
aliorum præ-
ceptorum.

Vel primū
coarguat
nos semper
peccare.

¶ Sic videmus sicut secundum præceptum, ita hoc nihil aliud esse debere, quam exercitationem & agitationem primi præcepti, hoc est fidei, fiducię confidentię, spei & amoris erga deum. Ita vt primum præceptum in omnibus sit imperator & capitaneus, & fides primum op⁹ & vita omnium aliorū operum, sine qua, vt dictum est, bona esse non possunt. Si autem dixeris, quid sit credere nequeo orationem meam exauditam & acceptam esse. Respondeo. Eo etiam præcipue nomine fides, orare, & omnia reliqua bona opera præcepta sunt, vt cognoscas quid possis, & quid non possis. Quod si inuenis te non posse sic credere & facere, tum cura vt te humiliter coram deo, hoc ei conquerens, et sic infirma fidei scintilla incipiens, eam indies vsu eius magis & magis in omni vita & cunctis operibus confirmando & confortando. Nemo enim est in terris qui non egregiam partem defectus fidei, hoc est primi & summi præcepti, habeat. Nam & sancti Apostoli in Euangelio & præsertim S. Petrus, erant infirme in fide, sic vt Christum orarent, dicentes, Domine adauge in nobis fidē. Ipse quoq; eos sepe increpuit, quod infirmam fidem haberent. Ideo non est vt desperes, non manus & pedes relinquens, vbi sentis te non ita fortiter credere in oratione, vel alijs operibus, vt & deberes & velis. Imo tum agere debes deo gratias ex animo, quod tibi tuam infirmitatē ostendit, per eam te docens & admonens quam tibi necessarium sit, vt te exerceas, teq; quotidie confirmes in fide. Nam q̄ multos videas, orantes, cantantes, legētes, operantes, fulgentes, tanq; magni essent sancti, nunq; tamen eo

Procedentes, ut cognoscant quomodo in sese opus primum
fides habeat, quod excecati & alios & seipfos se ducunt, arbitantes
secum bene agi, & interim fruantes & edificantes super arenam
suorum operum, sine omni fide, non super gratiam & promissio-
nem dei, per firmam & puram fidem. Itaque habemus, donec
viuimus quantulumcumque id est, satis & manibus & pedibus a-
gendi, ut primi precepti, & fidei omnibus ut operibus, ita passio-
nibus discipuli maneamus, non cessantes discere. Nemo enim
mortalium nouit quanta res sit deo soli confidere, nisi incipiens
& operibus inchoans.

SEPTIMO.

¶ Nunc iterum vide, si etiam nullum aliud bonum opus pre-
ceptum esset, nonne orationem solam satis fuerit, toto vitæ huius
manet tempore in fide exercere? Ad quod precipue instituti sunt
sacri ordines. Sicut olim aliqui sanctorum patrum dies noctesque
orauerunt. Imo nemo prorsus mortalium est qui non habeat sine
intermissione tempus quo oret. Ego vero loquor de spirituali
oratione. Hoc est, Nemo suo labore, si velit, adeo pregrauatur,
quin simul possit in corde suo etiam cum deo loqui, eique vel suis
alipsum, vel aliorum calamitates proponere, auxilium orare, ob-
secrare, & in his omnibus fidem suam exercere & confirmare.
Hoc enim voluit dominus, Luce. 1. s. dicens. Sine intermissione
orandum. Quis Matt. 6. prohibens multa verba, & longas ora-
tiones. In quo phariseos & hypocritas reprehendit. Non quod
vocalis & longa oratio mala sit, sed quod non sit vera oratio, quæ
semper fieri possit, & quæ sine interna oratione fidei nihil penitus
sit. Nam oratio quoque exterior suis temporibus exercenda est,
presertim in missa, sicut hoc precepto exigitur, & ubi ad internam
fidem & orationem profuerit, siue domi siue ruri, in hoc vel alijs
sit operibus. De quo non est huius temporis plura loqui. Hoc
enim attinet ad orationem dominicam, in qua omnes petitiones,
& vocales orationes breuibus verbis comprehensæ sunt.

Semper
orandum.

OCTAVO.

¶ Vbi ergo nunc sunt bona opera cupientes & nosse & facere?
Proponant enim sibi solam orationem, & inueniant verum hoc esse
quod sancti patres dixerunt. Non esse laborem vte est orare. Ore
quidem obmurmurare facile est, vel saltem facile videtur. Sed
serio & corde verba exequi interiore pietate & deuotione, hoc est
desiderio & fide, ut cor serio petat quod verba habent, nihil du-
bitans se exaudium iri, hoc certe magnum est opus coram oculis

dei. Hic repugnat & reluctatur diabolo omnibus viribus. O quotiens hic voluptatem orandi impedit, & tempus & locum non permissurus. Imo sepenumero etiam desperationem facturus, an homo sit dignus qui talē tantamq̄ maiestatem, quę deus est, oret, & ita irretitur⁹ vt homo nesciat, serium ne sit quod oret, an vero minime, an possibile sit vt eius oratio sit accepta, id gen⁹ mirabilium cogitationū multas ingerens. Scit enī quam potens, quā efficax, quā om̄ibus hominibus vtilis sit vel vnus hominis si delis oratio. Quamobrem eam non libenter permittit oriri. Hic sane oportet hominē esse sapientē, neq; hoc desperare, & se & suam orationē indignam esse, ante eiusmodi immenfam maiestatem, & nequaquā sua niti dignitate, neq; ppter suam rursus indignitatem quid omittere. Sed oportet præceptū dei obseruare, idq; ei obicere, & Satane occurrere, dicendo: Sicut ob meam dignitatem nihil incipiam, ita ob meam indignitatē nihil omitam. Ego enī ob id solum & oro & operor, quod deus ex pura sua misericordia & bonitate omnibus indignis exauditionem & gratiam promisit. Imo non solum promisit, sed etiā seuerissime sub sua sempiterna indignatione & ira præcepit orandum, con-
fidendum, & accipiendum. Si ergo summæ maiestati nimium non fuit eiusmodi suos indignos vermiculos tam vehementer obstringere ad orandum, confidendum, & ab eo accipiendum, quō mihi sit nimium, tale præceptum cum omni gaudio accipere, siue dignus siue indignus sim? Ita subuertenda est diaboli suggestio dei præcepto. Sic enim desinit, & alioquin nunquā.

NONO.

Quæ petenda, siue pro quibus orandum sit.

¶ Quæ sunt aut causæ & necessitates deo omnipotenti in oratione proponendæ & conquerendæ ad exercendā fidem? Responsio. Primo sunt priuatæ vnus cuiusq; calamitatis, tērationes, & aduersitates. De quibus David psal. 31. Tu es refugium meū a tribulatione quæ circumdedit me, exultatio mea erue me a circumdantibus me. Item psal. cxli. Voce mea ad dominum clamavi, voce mea dominū deprecatus sum. Effundo in cōspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio. Ita debet Christianus homo sibi sub missa proponere, quod sentit sibi deesse, aut nimium habere, idq; totum libere corā deo effundere, lachrymando, gemendo, suspirando, & vt potest miserabilissime tanq̄ coram patre suo fidissimo, parato ipsi subuenire. Quod si tuas necessitates vel nescis vel nō cognoscis, aut

si cares tentationibus & persecutionibus, scias tum tecum pessime agi. Nam hæc est persecutio maxima, si te sentias tam superbum, tam durum, tam insensatum, vt nullis moueare persecutionibus. Sed nullum est melius speculum, in quo tuam necessitatem conspicere possis, quam decem dei præcepta, in quibus inuenis quid tibi desit, & quid querere debeas. Itaque inueniens in te infirmam fidem, tenuem spem, & paruum erga deum amorẽ, sed & deum abs te non laudari, neque coli, sed propriam laudem & iactantiam diligi, hominum fauorem magni fieri, non libenter missam & sermones audiri, pigrum esse ad orandum, in quibus rebus nemo nõ deficit & errat, huiusmodi defectus debes pluris facere, quam omnia corporalia damna, in bonis temporalibus, fama, honore & corpore, ita vt etiam morte ipsa deteriores sint, & omnibus mortalibus morbis. Quæ omnia debes deo cum grauitate & religione proponere, conqueri, & auxilium petere, cum omni fiducia, hoc ipsum expectare, te exauditum esse, neque operæ & gratiam impetraturum esse. Sic pergens vltterius in secunda præceptorum dei tabula, vide quæ inobediens fueris & adhuc sis patri & matri, & omnibus magistratibus siue superioribus quomodo proximum tuum ira, odio, conuictis offenderis, quomodo te impudicitia, auaritia, & iniusticia, sed & verba & facta contra tuum proximum tentent. Tum enim hard dubie inuenies te omnium calamitatum & miseriarum plenum esse, & satis causarum habere, etiam guttas sanguineas lachrymari, si posses.

DECIMO.

¶ Sed scio, multos esse tam stultos, vt talia nolint orare & petere, nisi prius se inuenerint puros, existimantes neminem in peccatis iacentem a deo exaudiri. Id quod totum faciunt falsi prædicatores, qui docent non a dei gratia & fide, sed a proprijs operibus incipiendum. En tu miser homo, fracto tibi crure, vel in dilectum aliquod corporalis mortis adductus, inuocas deum, hunc vel illum sanctum, non expectans donec conualescat crus tuum, vel periculum desierit. Neque adeo stultus es, vt cogites a deo neminem exaudiri, cui vel crus fractum sit, vel qui in periculum mortis venerit. Imo existimas, a deo te tum potissimum exaudiri, quando in maximo es discrimine & calamitate. Quare ergo hic tam stultus es, vbi inestimabiliter magis necessarium est, & sempiternum damnum, vt nolis prius pro fide, spe, amore, humilitate, obedientia, pudicitia, mansuetudine, pace, & iustitia petere, quam sis sine omni incredulitate, dubitatione,

Stultissima opinio diffidere in oratione propter nostra peccata, cum ipse sua veritatis causa exaudiat non vilius iustitiæ nostre respectu.

desperatio ne, superbia, inobediencia, impudicia, auaritia, & iniusticia, quum tamen quo magis te peccatorem in his rebus inuenis, eo magis & impensius orare & clamare debeas. Adeo cecisumus. In corporalibus calamitatibus & morbis currimus ad deum, in animarum vero morbis procurrimus a deo, nolentes ad eum redire, nisi prius sani, in egi. Quasi vero vsq̄ alius possit esse deus qui corpori, & alius qui spiri. ui medeatur. Aut nos nobis ipsis in spiritali calamitate, quæ maior est corporali, adiuuato esse velimus. Hoc diabolicum est consilium & propositum. Non ergo sic mi homo. Volens em̄ a peccatis sanari non est vt te a deo subtrahas, sed multo confidentius ad eum curras, & ores, quam si te corporalis calamitas & persecutio inualisset. Deus em̄ nō est inimicus peccatoribus, nisi infidelibus, hoc est sua peccata non agnoscētibz, con querentibus, neq̄ auxilium in ea apud deum querentibus, sed sua ipsorum arrogancia & presumptione sese prius purgantes, eius gratia nolūt indigere, nō permitteutes eum esse deum, omnibus tribuentē, & nihil vicissim accipientē.

VNDECIMO.

¶ Hæc omnia dicta sunt, de oratione & proprie & publicæ calamitatis. Sed oratio ad hoc præceptum proprie pertinens, & orpus diei festi appellata, est multo melior & maior soluenda pro vniuersitate totius Christiani orbis, pro omnibus calamitatibus omnium hominum inimicorum & amicorū, præcipue in vniuersi cuiusq̄ parrochia vel dioecesi degentium. Sic em̄ S. Pau. S. Timotheo discipulo suo committebat, dicens. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro oibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate. Hoc em̄ bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo. Similiter Hierem. 29. præcipiebat populo Israhel, orandum esse deum pro ciuitate & regione Babylonia, ideo quod ciuitatis pax etiam ipsorū pax esset. Vnde Baruch. 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cæli super terram, & vt det dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum. Hæc communis & publica oratio est præciosa, & efficacissima, propter quam etiam conuenimus. Vnde etiam templum domus orationis vocatur, vt ibi agminatim & nostras & oīms hominū

Missarum
orationes.

hominum calamitates ob oculos ponentes, eas deo exhibeamus, pro gratia inuocantes. Sed oportet hoc fieri serio & cū vera cōmiseratione, vt eiusmodi omnium mortalium calamitatibus & malis cōmouē, & sincera compassione super eos vera fide & fiducia oremus. Vbi ergo eiusmodi oratio sub missa non fiet, satius & melius esset, missam omitti. Nam quomodo conueniat nos corporaliter in dōmo orationis conuenire, quo significatur, inuocandum & orandum esse publice pro tota omnium fidelium vniuersitate, & iterim orationes ita dispergere & partiri, vt vnusquisq; pro seipso tantum oret, nemine pro alijs curante & sollicito, & alienis malis miserente? Quomodo ergo possit hęc oratio, vtilis, bona, accepta, communis, aut opus dici testi diei & cōuentus? sicut faciunt, proprias orationes suas seruantes, hic pro hoc, ille pro illo, nihil habentes, nisi orationes proprię & priuare vilitati seruietes, quas deus odio habet.

DVODECIMO.

Huius publicę orationis ex antiqua consuetudine veluti reliquę remanserunt, & argumentum, quando in fine concionę siue sermonis confessio recēsetur, & pro tota Christiana republica pro concione oratur. Sed hic non esset subsistendum tanq̃ confecto negotio, vt nūc mos & vsus est, sed deberet esse admodum nitio per totam missam pro talibus calamitatibus orandi, ad qd nos concionatur exhortatur. Et vt digne oremus, nos nostrorum peccatorum pręmonet, per hoc humilians. Quod paucissimis fieri decet, vt deinde populus agminatim deo sua peccata per se conqueratur, pro vniuersis vt ex animo, ita cum fide orans. O vti nam agmen vsquam aliquod secundū hanc rationē missam audiret & oraret, vt publice & in concione syncerus & ex animo natus clamor ad deum ascenderet, quam inestimabilis virtus & auxiliū ex huiusmodi oratione sequeretur. Quid terribilius posset omnibus malis spiritibus, accidere? Quod maius opus in terris posset fieri? Per quod tam multi probi homines conseruauerunt, tam multi peccatores conuertantur. Nā Ecclesia Christiana certe in terris maiorē potestātē, & maius opus nō habet, quam eiusmodi orationem publicam & cōmunem, contra omnia quę ei aduersa accidere possunt. Hoc malus spiritus bene nouit, hoc nosē nihil non moliet vt hanc orationem impediat. Hic permittit nos pulchra exnuerē templa, multa fundare, inflare, organa pulsare, legere, cantare, multas missas celebrare, & id genus ceremonias innumerabiles exercere, quas nihil metuit, imo eas sic adiuuat, vt talia iudicantes optima, putemus eiusmodi cultura rem optime cō-

Publica orō

festam. Sed inter hæc hanc publicam, sortem, & vtillem orationem subuerti, & sub hac specie omitti, hic habet quod requirit. Nam faciente & profligata oratione, nemo quidpiam malo spiritui adimeret, nemo repugnabit. Observaturus autem, nos huiusmodi oratione vsuros etiam si sub tugurio & tecto stramentitio, vel hara esset, nimirum non permetteret eam procedere, sed eam longe vehementi⁹ timeret quã omnia sublimia, magna, & pulchra templa, turres, campanas, vbicumq; genitum esse possunt, si in eis eius modo si oratio non esset. Certe nihil prorsus refert in quibus vel locis, vel stru. turis conueniamus, sed momentũ est tantum in hac oratione inuicta, vt eam omnes vniuersum beneficiamus, eamq; ad deum venire curemus.

DECIMOTERTIO.

Vires & potentia orationis.

¶ Vires autem & potentiam huius orationis vel hinc conficiamus, quod olim Abrahã pro quinque ciuitatibus Sodoma, Gomorra &c. deprecatus, eo promouit, vt si decem iusti in illis fuissent, hoc est duo in singulis, deus eas non deleuisset. Quid ergo fieret vbi multi in vna congregatione ex animo & vere deo confisi inuocarent? Ita dicit Iacobus. Orate pro inuictẽ vt saluemini. Multum em̄ valet deprecatio iusti assidua, hoc est, non deficientis magis & magis orare, etiã nõ statim allecuta quod rogar, vt nõ nulli faciunt pusillanimes. Cuius rei exemplũ afferens ait. Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt nõ plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiã, & terra dedit fructũ suum. Eiusmodi sententiarum & exemplorũ nos agentium sunt in scriptura permulta. Ita tamen vt fiat cum grauitate, fide, & ex animo. Vt Dauid dicit. Oculi dñi super iustos, & aures eius in preces eorũ. Item. Dñs prope est inuocantibus eũ, omnibus inuocantibus eum in veritate. Cur addit inuocantibus eum in veritate? Quod neq; oratum, neq; inuocatum dicitur, vbi os solum demurmurat. Quid igitur deus faceret, te cũ tuo ora, siue libro, siue baccis oratoris ita adueniente, vt nihil aliud cogites nisi vt orationem perficias, & numerum impleas. Vt interrogatus, quid causæ esset aut quid instituisses orandum, tu ipse ignorares. Neq; enim tu considerasti & perpendisti deo vel hoc vel illud, pponendi, vel petendi. Tua sola & vnica est causa, tibi hoc & tantum orationũ esse impositum. Hoc vis seruare & perficere. Quid ergo miraris sæpe cœlitus fulguribus & tonitribus incendi templa? nobis ex domo orationis domum delusoriam facientibus. Nos ne dicamus oratum vbi nihil neq; proponimus neq; petimus. Verum

effe perinde nobis faciendum, atq; fit a magnis principibus aliis
quid petitoris, sibi proponentibus non solum aliquem nume-
rum verborum garrendum. Alioquin em princeps existimaret
se derideri, vel petitores insanire. Sed principes adiuri prius re be-
ne concepta calamitatem suam bene & diligenter exponunt, id
tamen totum eius gratia permittentes, cum bona fiducia fore ut ex-
audiantur. Sic agendum est nobis cum deo certa & indubitata res-
tione, aliquas calamitates nominatim exprimendo, eas ipsius gra-
tia & bonae voluntati offerentes, nihilque minus dubitantes quam
nos exauditos esse. Nam ipse promisit se eiusmodi orationem
exauditurum, quod non deus aliquis terrenus fecit.

DECIMOQ VARTO.

¶ Huiusmodi rationem orandi affabre scimus, corporalibus
calamitatibus impediti. Nam morbis correpti, hic S. Christopho-
illic S. Barbaram inuocamus, hic vouetur ad S. Iacobum, illic alio-
Tum ex animo & corde oratur, tum bona est fiducia, & oēs bo-
nae orationis conditiones. Sed in templum ad missam ingressi, in-
star simulachrorum stamus, nihil scientes comminisci, nihil proferre,
nihil conquiri. Ibi strepunt baculae, ibi sonant folia, ibi os des-
murmurat. Neque aliud supra. Si vero interrogas, quid abs te sit
vel proponendum vel conquerendum in oratione. Si parum doctus
es, aperi oculos, respiciens ut tuam ita aliorum Christianorum vitam,
praesertim sacrorum conditionem. Tum enim inuenies, quam fides,
spes, charitas, obedientia, castitas, & omnes breuiter virtutes pro-
fligatae sunt, nunc vitij omnigenis regnantibus. Quantum sit bo-
norum praedicatorum & praedicatorum defectus. Quam nulli nisi
nebulones, foeminae, pueri, & stulti, imperent. Tum inuenies ne-
cessarium esse tam immanem dei indignationem sanguineis lachry-
mis omnibus horis per totum mundum indefinenter deprecari.
Verum enim est, nunquam magis fuisse opus oratione quam his tem-
poribus, & in posterum, usque in finem mundi. Tantis igitur cal-
amitatibus & miseris te non mouentibus ad commiserationem &
querimoniam, ne te corrumpat & seducat tua conditio, tuus status,
Christianae vel venae, vel conditionis, quamlibet probus fueris.
Sed haec omnia praenunciata sunt, fore ut deo maxime irascente,
& Christiana republica plurimum calamitatum passura, desu-
tuos intercessores & deprecatores erga deum. Sicut Esaias
sens dicit. lxiij. Ecce tu iratus es. Non est qui inuocet no-
mentuum, qui consurgat & teneat te. Item Ezechielis. xxij.

Et quesui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam, & non inueni. Et effusidi super eos indignationem meam, & in igne irae meae consumpsi eos. Quibus verbis deus ostendit, se velle quomodo nos ipsi resistere debeamus, & eius irae pro nobis mutuo occurrere. Sicut de propheta Mose saepe scriptum legitur, ab eo deum esse retentum, ne iram suam super populum Israel effunderet.

DECIMOQVINTO.

¶ Vbi autem manebunt, qui non solum eiusmodi calamitates ecclesiae non curant, non deprecantur, verum etiam rident, in hoc sibi placentes, iudicant obloquuntur, detrahunt, cantantes & loquentes de suorum proximorum peccatis, interim tamen ita insipientes & impudentes, vt ne templum quidem ingredi, missas audire, orare, sese pro bonis Christianis & habere & haberi dubitent. Hi certe egeant, pro quibus duplex fiat oratio, vbi simpliciter oratur pro his quos iudicant, derident, condemnant. Qui & ipsi praenunciati sunt futuri, per sinistram latronem, qui Christum in sua passione, despectu, & calamitate incelsuit, & per omnes qui Christum ita cruci affixum blasphemabant, quo tempore maxime eum adiuuare debebant. O deus quam caeci, imo quam amentes sumus facti omnes Christiani! Quam doctus finis erit istius irae o pariter caelestis calamitates Christianae reipublicae pro quibus deprecandis in templo & ad missam conuenimus & congregamur deridendi, blasphemandi, & iudicandi! Hoc enim nostra facit infamia sensibilitas. Turca vrbes, regiones, & homines depopulante, templa diripiente, putamus Christianae reipublicae ingenem illatam esse iacturam, hic deplangimus, hic in arma & reges & principes vocamus. Sed quod fides interit, quod charitas refrigescit, quod verbum dei omittitur quod omnia breuiter peccatorum genera inualescunt, ibi nemo penitus pugnae meminit. Quin potius Pontifex, episcopi, sacerdotes, monachi, multo deteriores Turcae, quos contra hos spirituales hostes decebat esse duces signiferos, & imperatores huius spiritualis praelii, ipsimet sunt eiusmodi Turcarum, & diabolici exercitus principes & antesignani. Sicut Iudas Iudeorum Christum capientium. Oportebat Apostolum Episcopum, sacerdotem, & vnum ex optimis esse qui aggredere retur Christum opprimere. Ita oportet Christianam reipublicam ab iis a quibus defendenda erat, subverti, ipsis tam enim interim semper opinione sua ita fortibus ita magnanimis, ita prudentibus, vt Turcas deuorare velint, & sic caula & domo domi a se icen-

Duri, quos non miseret calamitatis Ecclesiae.

Similis latroni sinistro in Cruce ridendi Christum.

sa, & ardente relicta, vna cum ouibus & quicquid in ea est, nihilominus lupum in frutibus latentem persequi. Hoc igitur est tepus, hæc merces merita & digna ingratitude nostra pro gratia, quam nobis Christus gratis suo precioso sanguine, anxio labore, & acerbissima morte affecturus est.

DECIMOSEXTO.

¶ Ecce vbi nunc sunt ociosi isti, nescientes quomodo bona opera facere debeant. Vbi sunt qui Rhomam, qui ad S. Iacobum cursitant? Proponere tibi hoc vnicum bonum opus missam, respiciens proximi tui calamitatem & miseriam miserere eius vicem, & querere hoc deo, ora pro eo, id ipsum pro omnibus totius reipublice Christiane calamitatibus faciens, presertim pro principibus, prælatis, & potestatibus, quas deus nobis omnibus pro intolerabili poena & plaga patitur tam culpabiliter & insigniter lasbi & corrumpi. Hoc enim diligenter & ex animo faciens, ceruus esto te esse ex optimis bellatoribus & ducibus, non solum contra Turcas, sed etiam aduersus malos demones & potestates inferorum. Hoc vero non facienti, quid queso profit, omnia omnium sanctorum miracula facere: & omnes Turcas trucidare, interrim tam culpabili & reo inuento, & qui sui proximi calamitates non curarit, per hoc contra charitatem peccans? Nam Christus in extremo iudicio non interrogabit, quantum pro te oraueris, ieiunaueris, peregrinatus sis, hoc vel illud feceris, sed quantum alijs vel infimis boni feceris. Sunt autem proculdubio inter infimos etiam qui peccatis, & spirituali egestate, carcere & inopia premuntur, quorum nunc multo plures sunt quam qui corporali calamitate laborant. Itaque caue tibi. Nostra enim electitia opera & peculiariter nobis proposita abducunt nos super & in nos ipsos, ita vt nostram tantum & vilitatem & salutem queramus. Sed dei præcepta cogunt nos ad nostrum proximum, vt nos per ea aliorum tantum saluti subseruiamus, exemplo Christi in cruce, non pro se tantum, sed magis pro nobis oranti, quem diceret: Pater ignosce illis, quoniam nesciunt quid faciunt. Ita oportet & nos inuicem alium pro alio orare. Ex quo vnusquisque cognoscere possit quam peruersus & improbus populus sit, detractores, temerarij iudices, & contemptores aliorum, nihil aliud facientes quam contemnentes eos pro quibus orare debeant. In quo vitio nemo adeo profunde heret vt facientes proprijs electa bona opera, peculiariter coram hominibus speciosi & apparentes, proprijs eorum pulchram & speciosam vitam in multiplicibus bonis operibus.

Præcepta dei
adigunt nos
ad curam pro
proximo.

DECIMOSEPTIMO.

**Spiritualis
Intellectus
præcepti de
Sabbato.**

¶ Habet hoc præceptum secundum spirituales intellectum multo sublimius opus, complectens naturam totius hominis. Hic ergo nosse oportet. Sabbatum secundum linguæ Hebraicæ proprietatem significare festum vel quietem, ideo quod deus septimo die quieuerit & cessauerit ab omnibus suis operibus creatis. Gene. 2. Ideo præcepit deus etiam septimum diem sanctificandum, & cessandum a nostris operibus, quæ sex diebus operamur. Quod sabbatum nunc in diem dominicam est mutatum, & reliqui dies appellantur dies profecti, siue operarij; dies vero dñica dies ocij, siue quietis siue sanctus dies. Atq; vñ in Christiana religione nullus sit dies festus, præter dñicum, Item vt beatissimæ virginis Mariæ, & reliquorum diuorū festa omnia in diem dñicum transponerentur. Sic em̄ multum vitaretur & omitteretur vitiorum per dies operarios. Neq; regiones adeo inopia præmerentur. Sed hodie onerati sumus multitudiue festorū in perniciem animarum, corporum, & opum. De quibus multa possint dici. Hæc aut̄ requies ab operibus est duplex, corporalis & spiritualis. Itaq; præceptū quoq; hic dupliciter intelligitur. Corporalis em̄ sabbatissimus vel requies est, de qua superius dictum est, vt intermissio nostro opificio & labore, in templo conueniētes, missam videamus, verbum dei audiamus, & pro publica omnium salute concorditer oremus. Qui sabbatissimus quis corporalis sit, & deinceps in Christiana repub. non præceptus a deo, vt Apostolus ad Collos. 2. dicit. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feste, aut neomenie, aut sabbatorū quæ sunt vmbra futurorum, corpus aut̄ Christi. Nūc vero impleta est veritas, ita vt omnes dies sint festi. Sicut Esaias dicit lxvi. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Et rursus omnes dies sunt profecti & operarij. Attamen sabbatissimus est necessarius, & a Christiana repub. institutus, propter imperfectos prophanos siue laicos eos, & opifices & operarios seu mercenarios, vt & ipsi possint ad verbum dei conuenire. Nam sicut videmus, sacerdotes & monachi, quotidie sacrificant & celebrant, orant omnibus horis, & sese exercent in verbo dei, studendo, legendo, audiendo. Quo nomine etiam præ alijs immunes sunt a laboribus, prouentibus & pensionibus aucti & prouisi, habentes quotidie dies festos, quotidie facientes opera diei festi, exptes omnium dierū professorū, vt quibus dies sint indifferentes. Quod si omnes essemus profecti, & sciremus Euāgeliū, possem⁹ quidie vel operari & laborare, si vellemus, vel quiescere & sabbatissimū agere, si possemus. Nā

Verus Sabbathatissimus.

sabbatismus iam non est necessarius, neq; preceptus, nisi ad verbum dei discendum & orandum. DECIMOSEPTIMO.

¶ Spiritualis sabbatismus, quem deus in hoc precepto praecepit putauit, est, vt non solum labores & opificia omittam⁹, sed multo magis vt permittamus dumtaxat deum in nobis operari, nihil proprii in omnibus nostris viribus operantes. Quo aut hoc fit: sic fit. Homo peccatis corrupt⁹, habet multum mali amoris & studij ad oia peccata, & vt scriptura ait, Gen. 8. cum ista cogitatio cordis intenta est ad malum omni tempore, hoc est ad superbiam, inobedientiam, iram, odium, auaritiam, impudicitiam, & in summa summarum, in oibus quae vel agit vel omittit magis quirit suam commoditatem & voluntatem quam dei gloriam, & sui proximi. Ideo oia eius opera, oes eius cogitationes, ois eius vita est mala & non diuina. Vt igitur deus in eo operetur, oportet oia haec vicia & malitias perdi & euelli, vt hic nascatur requies & cessatio oim operum nostrorum, cogitationum, & bonorum, & vite, vt in posterum in nobis, vt Paulus ad Gal. 1. dicit, non nos, sed Christus in nobis viuatur, operetur, & loquatur. Id vero non fit delicatis diebus, sed hic vis facienda est naturae, & permittendum vt ei vis fiat. Hic enim incipit pugna inter spiritum & carnem, hic spiritus reluctatur irae, voluptati, superbiae. Carne volente in voluptate, honoribus & ocio & tranquillitate diffluere. De quo Paulus ad Gal. 5. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Hic ergo sequitur bona opera, ieiunare, vigilare, laborare, de quibus nonnulli adeo multa dicunt & scribunt, interea tamen neque principium neque finem eorum scientes, Ideoque & nos in penitentia de his dicemus.

DECIMO OCTA VO.

¶ Sabbatismus autem vt operibus nostris cessantibus, deus solus in nobis operetur, perficitur duobus modis. Primo per nostram propriam exercitationem. Secundo per alienam externamque exercitationem vel agitationem. Nostram igitur exercitationem sic oportet esse institutam & instructam, vt primo videntes quod sit nostra caro interta, nostrae sensus, voluntas, & cogitationes nos irriter, eis resistentes non obsequamur. Sicut Sapiens dixit, Eccles. Post concupiscentias tuas ne eas. Et Deut. 12. Quod precipio tibi hoc non facito, domino, nec addas quicquam nec minuas. Hic oportet hominem omnes habere in vsu perpetuo, quas Dauid orauit, dicens: Domine deduc me in via mandatorum tuorum, & non in avaritiam. Item. Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Item. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Et eiusmodi multas, quas omnes haec oratio complectitur, Adueniat regnum tuum, Nam concupiscentiarum sunt tam multae, tam multiplices, interdum suggestionem mali

Sabbatismus
votatio operum
naturae nostrae, & diuina
opera pati.

Columna,
Nubis,
& ignis.

spiritus, ita subiles, & speciose, vt impossibile sit homini seipsum regere in sua via. Relinquat igitur homo manus & pedes, sese dei imperio permittens, sua ratione nihil confusus, vt Hieremias dicit. Domine scio quod via hominis non est in manu eius. Hoc enim figuratum est, quando filius Israel egressus Aegypto, nulla via, nullus cibus, nullus potus, nullum fuit auxilium. Ideo deus eos precedebat die nube clara, noctu vero columna ignea, alens eos coelitus manna, ita conseruans eorum calceamenta & vestes vt non attererentur, sicut legitur in libris Mosi. Itaque oramus: Adueniat regnum tuum, vt tu nos regas, & non nos nosipsos. Neque enim quicquam in nobis est periculosius propria nostra & voluntate & ratione. Et hoc est primum & summum dei in nobis opus, & optima exercitatio nostra opera omittendi, vacuos, liberos & otiosos, & a voluntate & a ratione, ferari, & sese deo in omnibus committere, praesertim vbi spiritualia & bona apparent.

DECIMONONO.

Exercitia
carnis.

Hoc sequitur exercitationes carnis, ad interimendas eius voluptates malas & crassas, ad otium & quietem faciendam. Quas oportet a nobis ieiunijs, vigilijs, & laboribus, occidi & sedari. Ex quo fundamento discimus quantum & quare ieiunare, vigilare, & laborare debeamus. Sunt enim prope dolor multi coecorum hominum, suas abstinentias, ieiunia, vigilijs, labores, hoc tantum nomine exercentium, quod existimant esse bona opera, & illis sese multa promereri. Ideo procedentes eiusmodi interdum tam multa faciunt, vt interim sicut corpora sua perdunt, ita capita in demensitiam agunt. At longe coeciores sunt hi, qui ieiunia non solum vt illi secundum multitudinem vel longitudinem metiuntur, sed etiam secundum cibos, rati multo melius esse si non vescantur carne quadrupedum, ouis aut butyro. Hos vincunt qui ieiunia secundum sanctos indicant, & iuxta dies eligunt, hic feria quarta, ille sabbato, hic S. Barbarae, ille diuo Sebastiano, & deinceps. Hi omnes in ieiunio nihil aliud querunt nisi opus in seipso, quo facto, arbitrantur bene factum. Hic enim prudens pretereo, non nullos sic ieiunare, vt tamen ad ebrietatem potent, nonnullos vero ita opulenter piscibus, & alijs epulis vescentes ieiunare, vt multo minoris carne quadrupedum, ouis, & butyro vescerentur. Nam eiusmodi ieiunare, non est ieiunare, sed & ieiunium & deum derisui habere. Ideo permiserim eligi a quoque dies, cibos, multitudinem ieiunandi, pro suo arbitrio, modo ne ibi subsistat. Sed obseruet suam carnem, cui pro eius ferocia & perulentia ieiunia, vigilijs, & labores imponat, neque plura, siue Pontifex, ecclesia, Episcopus,

Episcopus, confessor, siue quisquis alius præceperit. Nam ieiuniorum, vigiliarum, & laborum modus & regula a nemine secundum ciborum multitudinem die sue, sed pro incremento vel decreto carnalis concupiscentiæ & ferocitatis accipienda est, ad quas tantum occidendas & opprimendas, & non ob alia, ieiunia, vigiliæ, & labores instituti sunt. Quod si eiusmodi voluptates non essent, idem valeret comedere quod ieiunare, idem dormire quod vigilare, idem ociami quod laborare, & vnũ tam bonum esset q̄ alterum, sine omni discrimine.

VIGESIMO.

¶ Si igitur quispiam sentiret & inuideret plus ferocitatis in carne sua ex piscibus q̄ ex ouis & carne quadrupedum nasci, debet carne quadrupedum, & non piscibus vesci. Rursum sentiens caput corrumpi & infatuari, corpus & stomachum corrumpi ieiunio, vel non opus esse opprimere ferocitatem carnis sue, ieiunium prorsus relinquat, comedens, dormiens, ocians, quantum sibi opus est ad sanitatem, nihil respiciendo id contra vel Ecclesiæ præcepta vel ordinis & status leges sit. Neq̄ enim vel vlla Ecclesiæ præcepta, vel vllæ vllius ordinis constitutiones possunt ieiunia, vigiliæ & labores arctius instituire & præscribere quam quatenus profunt, carni & eius voluptatibus & cupiditatibus edomandis atq̄ mortificandis. Vbiq̄q̄ aut̄ hoc scopo præterito, ieiunia, cibos, somnium, vigiliæ, seuerius præcipiunt quam caro perferre possit, vel interius mendæ cupiditati opus sit, & ita natura corrumpitur, caput perditur, tum nemo sibi proponat a se opus bonum esse factum, sese vel ecclesiæ præceptis, vel ordinis constitutionibus excusans. Videbitur em̄ sibi ipse defuisse, & quantum in ipso fuit, sui ipsius homicida & percussor factus. Nã corpus non est datum, ad mortificandam eius naturalem vitã vel op̄, sed tantum ad opprimendam eius ferocitatem. Nisi vero ferocitas tanta fuerit vt ei sine pernicie & iactura naturalis vitæ satis non possit resisti. Sicut em̄ dictum est, in exercitationibus ieiunij, vigiliarum, & laborum, oculus habendus est non ad opus in seipso, non ad dies, non ad multitudinem, nõ ad cibos, sed tantum ad ferocem & peulantem Adam, vt ira in co petulantia & ferocitas tollatur.

VIGESIMOPRIMO.

¶ Ex his possumus perpendere quã prudenter vel stulte faciant nõnullæ mulieres grauidæ, & quomodo egroti sint habendi. Nam stultæ mulierculæ ieiunij adeo nituntur, vt prius tam partus q̄ sui ipsius periculum subeant, quam non equaliter vna cum alijs ieiunent, facientes sibi conscientiam, vbi nulla est, & nullam rursum facientes, vbi sit. Cuius rei causa sunt concionatores, ira temere, ira imprudenter ieiunium prædicantes, vt verum eius vsum, modum, fructum, causam, & finem nunc̄-

Modus &
ratio ieiuniorum.

Cur, quo cō
silio, in quē
finem ieiunandum.

ostendant. Ita permittendū esset egrotis & esse & bibere quotidie quies
quid vellent. Et breuiter, ferocitate carnis cessante, statim cessauit & ois
causa ieiunandi, vigilandi, laborandi, hoc vel illud edendi. Neq; vllū
est amplius præceptum alligans & obstringens. Rursum cauendum
est, ne ex hac libertate desidioſa pigritia noscatur ferocitatem carnis mor
tificandi. Nam improbus Adam callidus est sibi ipsi veniam querendi,
prætexens vel corporis vel capitis perniciem. Vt sunt nonnulli effuies
tes, non esse necessarium vt ieiunemus & abſtineamus, volentes hoc &
illo sine timore vesci, quasi diu multumq; ieiunijs exercitati, id tamen ne
gustarent quidem. Non minus a nobis viuanda sunt scandala, apud eos
qui vt non satis instructi & prudentes pro magno existimant peccato,
si non vna cum ipsis ipsorum more & instituto ieiunantur & comediunt.
Hic enim suauiter instruendi & docendi sunt, non ferociter contemne
di, neq; in eorum fastidium & odium vel hoc vel illo vescendum. Sed
ostendēda ratio, quare hoc merito & legitime fiat, & ipsi quoq; ita pau
latim in eiusmodi intellectu ducendi. Si vero ita contumaciter fuerint
pertinaces, vt nullos audiant, relictis ipsis nos faciamus quod bonum
iustumq; esse scimus.

VIGESIMOSECVNDO.

¶ Posterior exercitacio quæ nobis ab alijs accidit, est quando vel ab
hominibus vel a satana offendimur, quando bonis siue opibus exuis
mur, quando corpus egrotat, quando honor nobis adimitur, & quies
quid nos ad iram, impatientiam, & inquietudinem commouet. Nam
dei opus sicut in nobis secundum suam sapientiam, non nostram ratio
nem imperat, secundum suam puritatem non nostræ carnis ferocitatem.
(Dei enim opus est sapientia & castitas, nostrum vero opus stultitia &
impudicitia, quæ feriari debent) Sic in nobis quoq; debet regere secun
dum suam pacem, & non nostra ira, impatientia, & bellum. Nam pax
etiam est dei opus, impatientia vero nostræ carnis opus, quod feriari de
bet, & mortuum esse. Vt ita prorsus spiritualem sabbatissimum celebra
mus vacantes a nostris operibus, & permittentes deum in nobis operari.
Quapropter ad huiusmodi nostra opera & Adam mortificadum, im
mittit deus nostris ceruicibus multas aduersitates, nos ad iram commo
uentes, multas passiones ad impatientiam prouocantes, tandem & mora
tem & infamiam seculi, eo nihil aliud querēs, quam vt ira, impatientia,
& bello a nobis expulso, ad suum op⁹, id est ad pacem in nobis veniat.
Ita dicit Esaias. 2 s. Alienum opus eius vt operetur opus suum. Quid
hoc est? Immittit nobis passiones & bellum & discordiam, vt nos eru
diat pacientiam & pacem habere. Tabet mori vt viuificet, donec homo
exercitatus ita pacificus, ita tranquillus fiat, vt nihil moueatur rebus neq;
prosperis neq; aduersis, siue viuat siue moriatur, siue honoretur siue in

Spiritualis
sabbatissimus

fametur. Tum ibi solus operatur deus, Tum ibi nihil est humani operis. Hoc tum vocatur sabbatismum vere seruasse & sanctificasse. Tum homo a seipso non ducitur. Tum non per seipsum voluptate afficitur, tum nulla re turbatur, sed deus ipse eum ducit, ibi tñ plane diuinæ sunt voluptates, pax, & leucia, vna cum alijs bonis operibus, & virtutibus,

VIGESIMOTERTIO.

¶ Hæc opera deus tanti facit, vt iubeat sabbatum non solum seruari, sed etiam sanctificari seu sanctum iudicari, ita ostendens, nihil esse melius, nihil præciosius, quam mori, pati, & omnes breuiter calamitates. Sunt enim reliquiæ imo sacra consecrantia siue sanctificantia hominem a suis operibus, ad opera dei, sicut templum a naturalibus operibus consecratur ad dei culturam. Itaq; recognoscat eas homo pro reliquijs venerabilibus, gaudens & deo gratias agens si veniant. Nam aduenientes eum ita sanctificant, vt hoc præceptum perficiat, & saluus fiat, liberatus ab omnibus suis peccatis. Sic David dicit. Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Atq; vt nos ad hæc confirmet & animet, non solum nobis sabbatismum præcepit (natura enim valde inuita moritur & patitur, & est amarus sabbatismus, ociosam a suo opere & mortuã esse) sed multiplicibus nos verbis in scripturis consolatus est, nobis dicens, Psal. 90. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Item psal. 33. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Neq; illis contentus, dedit nobis efficax & sorte exemplum, vnicum suum filium IHESVM dñm voftrum, qui sabbato toto die festo iacuit vacuus & inanis omnium suorum operum & primus omnium hoc præceptum impleuit, quamq; nulla necessitate pro seipso, sed tantum ad nostram consolationem, vt nos in omnibus nostris passionibus, atq; adeo etiam morte tranquilli, & quieti simus, & pacem habeamus, respicientes CHRISTVM post suam requiem & sabbatismum resuscitatum, deinceps tantum in deo, & deum in illo viuens. Sic & nos per mortificationem nostri Adæ (quod perfecte non fit nisi per mortem nature, & sepulturam) erigimur in deum, vt deus in nobis perpetuo & viuat & opereatur. Ecce hæ sunt tres partes hominis, ratio, voluptas, & molestia, in quibus omnia eius opera proficiuntur, per has tres exercitationes, dei imperium siue regimen, nostras castimonias, & externas offensiones, mortificanda, vt ita spiritualem sabbatismum celebrantes, dei operibus locum concedamus.

VIGESIMOQ VARTO.

¶ Verū eiusmōi opa & passiões oportet in fide & bona fiducia diuini amoris fieri, vt sicut dictum est, omnia opera in primo præcepto & fide

Ideo præceptum de sabbato vt iudicaretur, res sanctus esse, afflictionē.

Anacepha-
leosis trium
præceptorū.

māeant, & fides ī eisdem sese exerceat & confirmet, propter quod omnia reliqua & opera & præcepta posita sunt. Ideo vide quam pulcher aureus annulus ex his tribus præceptis & eorum operibus seipsum fabrefaciat, & quomodo ex primo præcepto & fide fluat secundum vsq; in tertium, & rursus tertium per secundum in primum penetret. Nam primum opus est, credere, & bonum cor & fiduciam ad deum habere. Ex eo defluit secundum bonum opus, dei nomē laudare, gratiam eius confiteri, ipsi soli omnem gloriam transcribere & tribuere. Deinde sequitur tertium, dei culturam siue seruitutem, orationibus, auditione sermonum, meditatione beneficiorum dei exercere, ad hæc se castigare & suam carnem edomare. Satanas igitur videns eiusmodi fidem, dei gloriam & culturam, insanit, incipiens persecutiones, ad ortus corpus, bona, honorem, & vitam, infligit nobis morbos, ignominiam, & mortem, ita permittente & ordinante deo. Ecce tum incipit secundum opus, siue secundus sabbatismus tertij præcepti, per quem fides mirum in modum probatur, velut aurum in fornace. Nam magna res est, bonā fiduciam ad deum seruare, etiam mortem, ignominiam, morbum, inopiam immittentem, & in tam horribili imagine mortis eum nihilo secius pro mirissimo patre habere. Quod fieri oportet in hoc opere tertij præcepti, vbi passio cogit fidem ad inuocandum nomen dei, & laudandum in eiusmodi passionibus, & ita iterum venit tertium præceptum in secundum. Et per inuocationem & laudem nominis diuini, nascitur fides, rediens in seipsam & confirmans seipsam, per duo opera tertij & secundi præcepti. Ita fides egressa in opera, redit per opera in seipsam. Sicut sol oritur vsq; in occidentē, post hac ad orientem reuertens. Qua de re in sanctis scripturis dies proprie tribuitur pacificæ & tranquillæ vitæ in operibus: Nox autem patienti vitæ & calamitatibus obruta, in aduersitatibus. Et sic fides in vtraq; vita viuūt & operatur, egreditur & ingreditur. Vt Christus Iohannis .6. dicit.

VIGESIMO QUINTO.

Collatio præceptorū ad orationem dominicā.

¶ Hunc bonorum operum ordinem oramus in oratione dominica. In qua primum est quod dicimus, Pater noster qui es in coelis. Quæ verba sunt primi operis fidei, quod tenore primi præcepti nihil dubitat sese habere propitium deum & patrem in coelo. Secundum, Sanctificetur nomen tuum. Quo fides petit, dei nomen, laudes, & gloriam prædicari, dei nomen in omnibus aduersitatibus inuocans, tenore secundi præcepti. Tertium: Adueniat regnum tuum. Quo verum & legitimum sabbatum & ocium nostrorum operum oramus, vt in nobis tantum dei sit opus, & ita deus in nobis vt in suo regno regnet, vt ipse dixit. Amen dico vobis, Regnum dei nusquam, nisi intra vos est. Quarta petitio est: Fiat voluntas tua. Qua oramus vt septem præcepta secun-

daē tabulae seruire & exequi possimus, in quibus & ipsis fides exercetur
erga proximum, sicut & in his tribus exercitata est, in operibus tantum
erga deum. Et hę sunt orationes in quibus nomina, Tu, tuum, tuū,
tua, sunt, vt nihil aliud querentes quam ad deum pertinentia. Reliquę
enim omnes dicunt noster, nobis, nostris &c. Ibi enim nos nostra bo-
na, nostramq; salutem oramus. Hęc igitur hactenus sint de priore Mo-
si tabula dicta, & quidem crassius, ad demonstranda simplicibus sum-
me bona opera.

Sequitur igitur secunda tabula.

PRIMUM PRAECEPTVM SECVN-
DAE TABVLAE
HONORA PATREM TVVM ET MA-
TREM TVAM.

¶ Ex hoc praeecepto discimus, post sublimia opera trium primorum
praeeptorum, nullum esse melius opus quam obedientiam & seruitutē
omnium eorum qui nobis pro superioribus positi sunt. Quapropter
etiam inobedientia maius est peccatum homicidio, impudicitia, furto,
deceptione, & quicquid in ea comprehendī potest. Nam differentia
peccatorum quod alio maius sit, nō possumus melius internoscere quā
ex ordine praeeptorum dei. Quamuis & vnumquodq; praeeptum
per se in suo opere differentias habet. Quis em̄ nesciat execrari & detesta-
ri grauius esse quam irasci, ferire maius q̄ detestari, ferire patrem & ma-
trem maius q̄ plebeium & quemlibet hominem. Docent ergo nos hęc
septem praeepta, quomodo nos bonis operibus erga deum exercere de-
beamus, & primo erga nostros superiores. Primum opus est, Hono-
rare corporalem patrem & matrem. Qui honor non solum in hoc est,
vt gestibus nos exhibeamus pios, sed vt eis obtemperemus & obedia-
mus, eorum verba & opera reuerenter in oculis habentes, magni facia-
mus & curemus, ipsis obsequentes, tacentes & patientes quomocunq;
nos tractent vbi non sit contra tria prima praeepta. Ad hęc vt si opus
habeant, eos victu, cultu, & domo prouideamus. Neq; em̄ frustra dixit
deus, Honora eos. Non dixit, Dilige eos. Quamq; & hoc exigitur.
Sed honor sublimior est simplici amore, habēs comitem quendam ti-
morem, coalescentem cum amore, facientem vt homo eos magis me-
tuet offendere q̄ penam. Quemadmodū reliquias timore veneramus,
non tamen fugientes eas, vt suppliciu, sed multo magis eas penetramus.
Talis timor amoris intermixtus verus est honor. Alter enim timor sine
amore est erga ea quę contēnimus fugimusue, vt carnifices vel supplicia
timemus. Vbi nihil est honoris. Est enim metus expers omnis amoris,

Præceptum
quartum,
Honora pa-
trem & ma-
trem.

Honor timo-
re constat &
amore.

Imo meus odio & inimicitijs coniunctus. De quo prouerbiū est S. Hieronymi. Quod timemus etiam odimus. Huiusmodi timore deus vult neq; timeri neq; honorari, sed ne parentes quidem, sed priore, cui amor & fiducia mixta est.

SECUNDO.

¶ Hoc autem opus leue quidem & facile videtur, sed pauci digne estiment. Nam ubi parentes probi sunt, liberos suos non carnali amore diligentes, sed, ut debent, ad religionem & dei culturam, in primis tribus preceptis ducunt & docent, ibi perpetuo frangitur puero voluntas ipsius. Ita ut cogatur omittere & pati quod natura ipsius nolit, per quod causam assequitur parentes suos contemnendi, contra eos murmurandi, ut peiora molendi & faciendi. Ibi tum amor & timor egrediuntur, nisi gratia dei adsit. Similiter parentibus corrigentibus & castigantibus, ut par est, interdum etiam immeritos, quod tamen salutis anime nihil obest, tum mala natura castigationem cum indignatione suscipit. Preterea sunt nonnulli tam improbo ingenio, ut ipsos pudeat inopie, ignobilitatis, deformitatis vel infamiae suorum parentum, patientes se eiusmodi rebus magis moueri quam sublime hoc dei preceptum, qui super omnia est, & qui ipsi eiusmodi parentes magno dedit consilio, ad eos tentandos exercendosq; in suo precepto. Sed hoc longe fortius est, ubi filijs rursus sunt liberi. Tum enim amori descendenti multum admittitur amoris erga parentes. Quicquid autem de parentibus precipitur & dicitur, intelligendum est & de his qui vel mortuis vel absentibus parentibus in vice parentum successerunt, ut sunt propinqui, agnati, compatres, principes prophani, & spirituales patres. Oportet enim unumquemque ab alijs hominibus regi & eis subijci. Quamobrem & hic quoque videmus quantum doceatur honorum operum in hoc precepto, quam do omnis nostra vita alijs hominibus subiecta est. Hinc fit quod obedientia tantis celebratur preconijs, ut omnes virtutes, omnia bona opera in sese complectatur.

TERTIO.

¶ Est & alia ignominia in parentes, multo & subtilior & periculosior priore, sese adornans & apprensus pro iusto & vero honore, quæ est, quando puer suo viuit arbitrio & voluntate permittentibus hoc parentibus. Hi honoratur, hic diligitur, & quæ omnia sunt vrinque bella. Hic pater & mater placent, & vicissim puer parentibus placet. Hæc plaga adeo vulgaris, adeo comunis est, ut prioris ignominie exempla per raro videantur. Quod ideo fit quod parentes excecati, deum in tribus primis preceptis neque cognoscunt neque venerantur. Ideo non possunt videre quid desit filijs, & quomodo sint docendi & educandi. Quo fit, ut eos educant ad prophanos & seculares honores, voluptates, & opes, ut tantum

Preceptum
da parentibus,
honorandis,
ad magistratus
extendit.

Parentes
ignorantia
preceptorum
dei, male
educant so-
lolem.

hominibus placeant, & modis omnibus subuehantur & magni euadant.
 Hoc pueris cordi est, in hoc citra omnem oblocutionem obediuntibus.
 Sic dei præceptum sub specie boni penitus id pessum, & impletur, quod
 a prophetis Esaiâ & Iheremia scriptum legitur, fore, ut filij proprijs pa-
 rentibus consummantur. Sic faciunt parentes, exemplo regis Manassæ,
 qui puerum suum Idolo Moloch offerebat, immolabat, & exurebat.
 Quid enim queso hoc sit aliud, quam filium suum Idolo immolare &
 concremare, ubi parentes filios suos magis ad amorem mundi quàm dei
 educant: permittentes eos ferri suo arbitrio, & in mundi voluptatibus,
 amore, leticia, bonis, & honoribus comburi, & in eis dei amorem, glo-
 riam, & eternorum bonorum voluptatem extingui. O quanti discrimi-
 nis est, patrem & matrem esse, ubi nihil præter carnem & sanguinẽ reg-
 nat: Siquidem in hoc præcepto prorsus pender, ut tria prima, & sex ult-
 tima dei præcepta cognoscantur & obseruentur. Quando parentibus
 mandatum est, hæc liberos suos docere. Ut est in psal. 27. Quanta mā-
 datum patribus nostris, nota facere ea filijs suis, ut cognoscat generatio al-
 tera. Filij qui nascentur, & exurgent, enarrabunt filijs suis. Atq; hæc est
 causa, quare deus præcepit parentes honorari, hoc est cum timore diligi.
 Nam in amore sine timore, plus est ignominia quam honoris. Nunc
 igitur vide, an non omnes satis habeant bonorum operum faciendum,
 siue patres sint siue filij. Sed nos cœci his omissis querimus diuersa &
 multiplicia opera non præcepta.

Q VARTO.

¶ Vbi ergo parentes tam stulti sunt, ut filios populariter & seculari-
 ter educant, nequaquã ipsis a filijs est obtemperandum. Etenim deus in
 tribus primis præceptis est plurius faciendus quam parentes. Populariter
 vero & seculariter educare appello, quãdo nõ plus docent deum que-
 rere & sequi, quam voluptates, honores, opes & potẽtiam huius seculi.
 Legitimum mundum & ornatum gestare, & honestas facultates quere-
 re, necessitas est, non peccatũ. Ita tamen, ut puer sic sit in corde instrus-
 ctus, vel saltem ita sese adornet & assuefaciat, ut dolenter ferat, miseram
 hanc in terris vitam, non bene posse inchoari vel transmitti, nisi plus
 intercurret & admisceatur ornamentorum & opum quam exigat neces-
 sitas regendi & vestiendi corporis, ad arcẽdum frigus, & pariendam ali-
 moniam, ita ut cogatur vel inuitus in gratiam mundi simul stultiũ agere,
 & id mali perferre, propter melius bonum, ad deuitandum deterius. Sic
 regina Hester regiam suam coronam gestabat, ad deum dicens: Tu
 scis necessitatem meam, quod abominor signum superbiae & gloriae
 meae quod est super caput meum, in diebus ostentationis meae,

In parentes
 qui filiorum
 educationẽ
 & morem
 perant ex
 mundi iudi-
 cio,

Hester.

& detestor illud quasi p̄num menstruare, & quod non portem in diebus silentij mei. Quodcunq; igitur cor sic animatum est, sine periculo gestat ornamenta. Gestat enim & non gestat, choreas agit & non agit, splendide viuit & non splendide viuit. Et hæ sunt occultæ animæ, & arcana Christi sponsæ, sed rare. Est enim difficile, non delectari ornatu & ostentatione. Sic diua Cecilia præcepto parentum suorum atalicas siue auratas vestes gerebat, intus cilicio induta. Hic aut sunt qui dicant: Imo vero quomodo ego filiam meam locem & nuptui tradam honorificè? Cogor enim ita me ostentare. Tu vero mihi dicas, an non ista sint verba cordis de deo desperantis, & plus suæ ipsius & propriæ sollicitudini, quàm dei curæ & prouidentia confidentis, quamuis docente & dicente sancto Petro. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum. Quoniam ipsi cura est de vobis. Est enim signum eos pro filiis suis deo nunq; egisse gratias, neq; vere orasse, nec eos ipsi commendasse. Alioquin scirent & experi essent quomodo etiam a deo petendum & expectandum sit ut filias pie collocent. Ideo deus permittit eos eorum sensui, sollicitudini, & anxietati, neq; tamen id negotij digne conficere.

Q V I N T O.

¶ Ita verum est, quod dicitur, Parentes posse, etiam si nihil aliud habeant negotij, salutem in proprijs suis liberis assequi. In quibus certe si eos ad culturam dei educant, habent quæ vtriusq; manibus, ut dicitur, agant bona opera. Nam quid sunt famelici, sitibundi, nudî, captiui, egroti, externi, nisi tuorum filiorum animæ, ex quibus deus tuum domum facit Xenodochium siue hospitale, eiste præficiens tanq; Xenodochij magistrum, ut tu eos custodias, pascas, cibus & potes, bonis operibus, & vbiſt. Ut discant deo confidere, credere, timere, & spem suam in eo ponere, nomen eius venerantes, non iurantes, neq; execrâtes, se castigantes, orando, ieiunando, vigilando, laborando, deo & eius verbo seruire, & sabbatum eius obseruare. Ut discant temporalia contemnere, aduersa leniter ferre, mortem non timere, & hanc vitam non amare. Ecce quæ magis sunt hæc lectiones, quam multum habeas bonorum operum domitua, in tuo puero, huiusmodi rerum omnium indigenti ut animæ eſt: rienti, sitienti, nude, pauperi, captiue, & egrotæ. O quam beatum matrimonium, o quam beatas edes in quibus eiusmodi parentes habitent, vipote quæ verum essent templum, & selectum cenobium, imo potius paradisus quidam. De quo psal. 127. Beati omnes qui timet dominum, qui ambulat in vijs eius. Labores manuum tuarum manducabis, beatus es & benefici erit. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domitua. Filij tui sicut nouelle oliuarum in circuiu mensæ tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum, Benedicat tibi dominus ex syon, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum

Cura familie
Xenodochium

filiorum tuorum, pacem super Israel. Vbi autem sunt eiusmodi parentes? Vbi sunt de bonis operibus interrogantes? Huc enim nemo contēdit. Quare? Deus hoc ipsum præcepit, a quo diabolus abstrahit, & carnem & sanguinem. Non est speciosum. Ideo nihil valet. Hic cursitat ad S. Iacobum. Ille se vouet ad diuam virginem. Nemo vouet se ad gloriam dei & sese & suos liberos bene rectorum & eruditurum. Relictis quos dei mandato accepit in corpore & anima custodiendos, nititur & vult deo alibi vbi ei mandatū non est, seruire. Huiusmodi pueris moribus nullus resistit Episcopus, hæc nullus reprehendit cōcionator. Imo propter auaritiam talia confirmant, indies plures peregrinationes, relationes sanctorum in diuos siue Canonizationes, indulgentias, nundinas, cōminiscentes. Deus igitur huiusmodi cœcitatibus misereatur.

SEXTO.

¶ Rursum parentes citius infernum non merentur quæ in proprijs filijs, quæ domi sue, quando eis desunt, eos non docētes, quæ superius dicta sunt. Quid em ipsi profiti si ieiunando, orando, peregrinando, & omnibus alijs operibus faciendis moriantur? Neque enim deus eos de illiusmodi rebus, vel in morte vel in extremo iudicio interrogabit, sed exiger liberos ipsi commendatos. Hoc probat verbum Christi Lucæ 23. Filie Hierusalē, nolite flere super me, sed flete super vosipsas, & super filios vestros. Quoniam ecce veniet dies in quibus dicent. Beatæ steriles & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Quare autem sic conquerentur, nisi quod tota damnatio sua a filijs suis ipsi cōtingit, quibus si caruissent fortassis beati essent facti? Nimirum hæc verba merito parentibus oculos aperirent, ad intuendos filios suos spiritualiter, ne miseri pueri falso carnali parentum amore deciperentur, tanquæ parentes vere honorassent, quod ipsis non irascitur, vel quod ipsis in populari ostentatione obtemperant. Quibus rebus eorum liberum arbitrium confirmatur & inualescit, cum tamen dei præceptum ideo iubeat parentes honorari, vt pueri destructo ipsorum libero arbitrio, humiles, modesti, & mites fiant. Sicut ergo dictum est in alijs præceptis, sic obseruanda, vt in primario opere proficiantur, sic & hic nemo sibi persuadeat suam institutionem & educationem liberorum per seipsam satis esse, nisi fiat fiducia gratiæ & fauoris diuini, ita vt homo de eo nihil dubitet, se in eiusmodi operibus placere deo. Ergo sint homini hæc opa nihil aliud nisi monumenta & exercitationes eius fidei, ad confidendum in deo, & ad habendam fiduciam ad eius gratiam & voluntatem benignam. Etem sine hac fide, nullum opus neque viuunt, neque bonum vel acceptum est. Nam multi ethnicorum siue gentiliū liberos suos bene educauerunt, Sed eis id nihil profuit, propter incredulitatem suam.

Exercitium
fidei in hoc
præcepto.

SEPTIMO.

Ecclesiastica
obediētia.

¶ Secundum opus huius præcepti est, honorem habere & obedire spirituali mari sanctæ Ecclesiæ catholicæ, Ecclesiasticæ potestati, præcipiēti, prohibenti, constituenti, ordinanti, excommunicanti, absoluēti, vt nos ei obtemperemus, & sicut corporales parētes honoramus, timeamus, & diligimus, ita etiā spirituali superioritati in omnibus rebus quæ tribus primis præceptis dei non sunt contrariæ, obsequamur. At qui in hoc opere multo deterius res agitur quam in priore. Nam Ecclesiasticam potestatem deceret peccata excommunicatione, anathemate, & legibus punire, & suos spirituales filios cogere ad bonitatem, vt causam haberent hæc opera faciendi, & se in obedientia exercendi, sed & honore erga ipsam. Nos vero videmus ab ea nullam dari operam, vt suos in officio cōtineat, sed sic agere erga populares & subiectos suos, tanq̄ matres se iuētes suos amatores, vt Ose. x. 2. dicitur. Non prædicant, non docent, non resistunt, non reprehendunt, non puniunt, & breuiter, nullum est reliquum regimen Ecclesiasticum in tota Christiana republica. Quid ergo possem de hoc opere dicere? Reliqui sunt adhuc aliquot pauci dies ieiuniales & festi, quos præstitit abrogare. At hoc nemo curat. Ita nihil hodie floret, nisi excommunicatio, propter pecuniam exercitata, quæ ne ipsa quidem esse deberet. Sed Ecclesiasticæ potestati præstandum esset, vt adulterium, impudicitia, gula, ostentatio popularis, immoderata rerum luxuria, & id genus alia peccata & probra seuerissime punirentur & coercerentur. Sed & vt collegia sacerdotum, cenobia, parochiæ, scholæ, probe instituerentur, & in ihs dei cultura religiose conseruarentur, iuuentus, masculi & puellæ in scholis & monasterijs bonis & doctis viris prouiderentur, vt optime educarentur. Vt senes bonis exemplis prodesse, & Christiana republica egregia iuuentute impleretur & onaretur. Sic enim sanctus Paulus docet discipulum suū Titum, vt omnes ordines siue status, iuuenes & senes, viros & feminas probe doceat & regat. Hodie vero suo quisq̄ viuimus arbitrio. Qui seipsum docet habet. Imo vero eo proci dolor res recidit, vt loca in quibus probitas sit docenda, scholæ nebulonum facta sint. Ita vt ferocientis iuuentutis curam nemo habeat.

OCTAVO.

Officium
Ecclesiasticæ
potestatis.

¶ Si ergo hoc ordine res agerentur, dici posset quomodo honor & obedientia fieri deberet. Sed nunc fit, sicut cum corporalibus parētib⁹, nimum arbitrij & voluntatis permittentibus suis liberis. Nam Ecclesiastica potestas nunc permittit, dispensat, & accepta pecunia vicissim indulget plus q̄ possit indulgere. Hic omitam plura dicere. Plura enim videmus quam bene sit. Auaritia sedet in regimine. Et quod prohibēdum erat ab Ecclesiastica potestate docet. Ad hæc est ob oculos omnia

um expositum, sacrorum siue spiritualium statum, multo prophanio-
 rem & populariorem esse quam prophanorum siue secularium. Quare
 necesse est rempublicam Christianam perire, & hoc p̄ceptum subverti.
 Vbi enim talis aliquis Episcopus esset qui tanta diligentia & opera om-
 nes ordines siue stat⁹ curare deberet, inspectare, visitare, conari, vt deber,
 certe vel vna sola ciuitas ei fieret nimia. Nam & Apostolorum tempo-
 ribus, quom Ecclesia florentissima esset, singulis ciuitatibus singuli erāt
 episcopi, etsi tum minima pars mundi Christiana esset. Quomodo ergo
 feliciter cum rebus humanis agatur, vno Episcopo tantum, altero
 tantum, hoc totum, illo dimidium orbem terrarum sibi vendicante &
 volente? Temporis igitur huius est, deum obsecrare pro gratia. Eccle-
 siasticę enim potestatis habemus satis, sed ecclesiasticę regiminis vel nihil
 vel minimum. Interim poterit adiuuare qui scit, vt collegia sacerdotū,
 cenobia, parrochię, & scholę bene curentur & regantur. Nam & hoc
 quoq; esset officij Ecclesiasticę potestatis, vt minus collegiorū, monas-
 teriorum, scholarum faceret, vbi non possent prouentibus ornari. Mul-
 to enim melius est nullum monasterium vel collegium, quam malum
 regimen, mala administratio in illis, qua deus tantū grauius offenditur.

NONO.

¶ Quando igitur superioritas suum officium & opus adeo permittit
 concidere, & adeo peruersa est, necessario sequitur vt sua potestate abusa-
 tur, sibi proponēs externa mala opera, non secus atq; parentes, si quid
 p̄cipiant quod contra deum sit. Hic enim oportet nos sapere. Nam
 Apostolus p̄dixit, ea tempora periculosa futura, in quibus huiusmōi
 superiores siue magistratus imperarent. Habet enim hanc speciem quas
 si repugnetur eorum potestati, quando vel non fit, vel impediatur quic-
 quid statuunt. Tum ergo sumamus in manus vna prima p̄cepta dei,
 & dexteram tabulam, certi, neminem mortalium neq; Episcopum, &
 Papam, neq; Angelos posse quippiam statuere vel p̄cipere, his tribus
 p̄ceptis & eorum operibus contrarium, diuersum, repugnans, & non
 auxiliare. Quod si contra moluntur, nihil neq; valet, neq; obligat.
 Nos quoq; peccamus eiusmodi p̄ceptis & constitutionibus obtem-
 perantes, vel ea patientes & conuiuētes. Ex quo facile est intelligere, quā
 non cōprehēdantur egroti p̄ceptis ieiunijs, sed ne grauidę quidē mulie-
 res, & qui aliq; citra iacturā ieiunare nō possūt. Atq; vltim⁹ ferantur,
 nra etate ex Roma nihil aliud pficiscit, nisi temporū & nūdinatio rerū
 Ecclesiasticarū, q̄ publicę & ipudēter emūtur & vēdūtur, remissiones siue
 indulgētię, parrochię, cenobia, dioceses, p̄posuere, sacerdotia siue bñs
 ficia Ecclesiastica, & q̄cquid vnq; passim cōditū siue sūdatū ē ad dei cultus
 ram, p̄ que nō solū oēs opes, facultates, & pecunię orbis terrarū Romā
 aguntur & trahuntur, quę minima fuerit iactura, sed etiam parrochię

Quatenus
 obligent ho-
 minum tras-
 ditiones.

dioces, prelatore conuellitur, relinquuntur, deaſtantur ita vt neglecto
& perditio populo, dei verbo, nomine & gloria peſſum eunte, fides que
intereat, vt tandem eiuſmodi collegia & officia non modo indoctis, in
epiſ & indignis, verum etiam pleraque Romanis maximis & primo
ribus omnium nebulonum in toto orbe terrarum contingant. Itaque ad
dei culturam, ad predicandum populo, regendum, & corrigendum fun
data ſunt, oportet nunc equiſonibus, ſtabularijs, mulionibus, imo ne
quid impudentius dicam, Romanenſibus ſcortis & ſcortatoribus ſer
uire, vnde tamen non plus gratitudinis ad nos redit, quam quod nos
viciffim vt fatuos derident.

DECIMO.

¶ Poſtquam ergo hæ intolerabiles ineptiæ omnes ſub nomine dei & S.
Patri ſunt, quali vero dei nomen & Eccleſiaſtica poteſtas inſtituta ſit ad
dei gloriam dedecori & luſibrio habendam, Chriſtianam rem publicam
in corpore & anima perdendam, debemus certe quantum a nobis fieri
poteſt, reſiſtere. Hic enim oportet nos facere ad exemplum proborum
filiorum, quorum parentes mente capti ſunt, & primo omnium diſpi
cere, vnde hoc ius natum ſit, vt ad dei culturam vel alendos noſtros ſi
lios fundata & inſtituta permittenda ſint Rome degentibus contingere
& ſeruire, & hic vbi eſſe conuenit omiſſere. Cur ita inſanimus? Epiſco
pis igitur & Eccleſiaſticis primoribus hic adeo ceſſantibus, vt non ſolum
non reſiſtant, ſed etiam timeant & Chriſtianam rem publicam ita perire
permittant, primum inuocato humiliter deo ad repugnandum his ma
lis, deinde manu rem aggreſſi, interdita Romanenſibus tabellarijs via
inſuete & ciuilitate renunciemus, ſi velint ſacerdotijs ſiue beneficijs ec
cleſiaſticis bene & fideliter preeſſe, vt ea coram poſſideant, populum con
cionibus & bonis exemplis docentes. Quod ſi noſint, ſiue Romæ ſiue
alibi degant, templa deaſtantes & diripientes, permittantur Pontifici
Rho, cui ſeruiunt, alendi. Neque enim decet vt Pont. Rho. eius miniſ
tros, eius vulgus, imo eius ſcortatores & ſcorta nutriamus, cum iactura &
perniciæ noſtrarum animarum. Ecce hi veri eſſent Turcæ, primi omnium
a regibus, principibus, & nobilitate inuadendi, non cum ſpe & cogitati
one priuati commodi, ſed amore ſoli reipublice Chriſtianæ, & ad im
pediendam ſcandala & offendicula, & blaſphemie diuini nominis. Ita ergo
illoſmodi ſacri ſiue ſpirituales a nobis fuerint tractandi & habendi,
vt pater furioſus, qui niſi (cum timore tamen & reuerentia) caperetur &
coerceatur poſſet & filios & patrimonium & omnia perdere. Sic habenda
eſt quidem a nobis Romana poteſtas honorifice, vt ſummus noſter
pater, ſed tamen quia inſaniunt & furiant a propoſito ſuo ita arcendi,
ne per id Chriſtiana reſpublica peſſum eat.

VNDECIMO.

¶ Sunt nonnulli quibus videtur id ipsum ad Concilium generale referendum. Ego autem dico id minime faciendum. Habuimus enim multa concilia, in quibus id actum est, præsertim Constatienſe, Baſilienſe, & nouiſſimum Romanum. Sed adeo nihil abſolutum eſt, vt ſemper res ad deteriora ſit prolapſa. Neq; eiſmodi concilia quicq; profunt, poſtq; Romanenſis prudentia hoc inuentum commẽta eſt, vt prius reges & principes iuramento adigantur, ſe ipſos permiſſuros incolumes & poſſidere vt ſunt vt poſſident. Ita veluti obice oppoſito, ad reſiſtendum omnibus reformationibus, & ad conſeruandam tuendamq; iuſtitiam & licẽtiam omnium improbitatum. Quamuis eiſmodi iuramentum contra deum & iura viſactum, ſanctos ſpiritus, qui concilijs præſſe dicitur, viam præcludit. Verum hoc fuerit optimum, idq; vnicũ quod ſit reliquum, ſi reges, principes, nobilitas, ciuitates, & vniuerſitates, per ſe rem aggreſſe, hoc agerent, vt epiſcopi, & ſacri ſiue ſpirituales, ſibi nũc timentes, occaſionem haberent ſequendi. Hic enim nihil aliud ſpectandum eſt, quam prima dei præcepta, contra quæ neq; Roma, neq; cœlum, neq; terra, quicq; vel inſubire vel præcipere poteſt. Nec quippiam momenti eſt vel in anathemate, vel in minis, quibus conantur idipſum impedire. Quemadmodum nihil impediat, ſi pater fui ſoſus vehemen- ter commineatur filio ipſum vel cohibenti vel capienti.

Concilia
Papiffica viz
de quomõ
obſtrinxerũt
principes.

DVODECIMO.

¶ Tertium opus huius præcepti eſt, tẽporali ſiue ſeculari poteſtati obedire. Sicut Pau. ad Ro. 13. & ad Titum. 1. docet, & S. Petrus. 1. Pet. 2. Subiecti eſtote omni humanę creature propter deũ, ſiue regi, quali præcellenti, ſiue ducibus tanq; ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem vero benefactorum. Temporalis autem ſiue ſecularis poteſtatis opus eſt, populares ſiue ſubiectos deſcendere, furta, rapinas, adulteria, punire. Vt dicit S. Paulus ad Ro. 13. Non enim poteſtas ſine cauſa glori- dium portat. Nam dei miniſter eſt, malis ad timorẽ, bonis vero in bonum. Hic ergo duobus modis peccatur. Primo, quando ſecularis poteſtas vel mẽdacio vel fraude vel infidelitate offenditur, quãdo ei quicq; mandanti vel præcipienti non obtemperatur, ſiue corpore ſiue opib. id fiat. Nam quamuis iniuſta facientibus, vt rex Babylonie filiis Iſrahel faciebat, tamen vult deus obedientiam præſtari, ſine omni fraude & dolo malo. Secundo quando eis detrahitur, & vbi vlcifci nequeas eos, obmurmurando vel malis verbis ſiue aperte ſiue clanculum offendere. In quibus omnibus a nobis ſpectandum eſt, quod S. Petrus ſpectari iubet, præſertim eorum poteſtatem animabus noſtris obeſſe non poſſe, ſed tantũ corpori & opibus. Niſi publice cogere vellent vel contra deũ

Temporalis
poteſtas, gla
dij adminiſ-
tratio non
obeſt aniã.

vel aduersus hominem iniusta facere, vt olim priusq; ad Christi religionem venissent, hodieq; Turca facere dicitur. Nam iniusta pari nemini animæ officit, imo animam reddat meliorem, quamuis corpori & opibus aliquid adimat. Sed iniusta operatio perdit animam, vel toti⁹ mundi bona conferens.

DECIMOTERTIO.

Ecclesiastica potestas præter q̄ quod tyrannis est, nocet etiam.

¶ Atq; hæc est causa, quod non sit tantum discriminis in seculari potestate, male faciente, atq; in sacra siue spiritali & Ecclesiastica. Nam secularis siue prophana potestas non potest officere, quando nihil habet cōmerti cum concionibus siue sermonibus, & fide, & tribus primis dei præceptis. Sed Ecclesiastica potestas, nocet non solum iniusta faciēs, sed etiam quando omisso officio suo, facit quidpiam aliud, etiam si melius, esset omnibus vel optimis operibus secularis potestatis. Itaq; oportet eiusmodi hominibus resisti, iniusta faciētibus, & non prophanis, quāuis contra officium & male viuētibus. Nam miserum vulgus Ecclesiasticam potestatem ita sequitur & credēdo & viuendo, vt nihil vidēs & ipsum nihil vel credat vel faciat. Ecclesiastica enim potestas ob nihil aliud est instituta, quam ad populum in fide ad deum ducendū. Quæ omnia non sunt in seculari siue prophana potestate. Siquidem ea siue faciente siue omitteute pro suo arbitrio, procedit nihilo secius fides mea sua via, operans per se, vt non coacta credere eius exemplo. Itaq; prophana potestas apud deum res valde exigua est, & multo inferioris estimationis, & ponderis quam vt propter eam vel male vel bene viuētētem seditio, inobediētia, vel dissentio sit excitanda. Rursum sacra siue Ecclesiastica potestas est res mirum in modum bona, magna & præclara, & summi apud deum honoris, & multo maioris momenti quam vt vel infimo omnium Christianorum patendum sit, ea vel pili latitudine ab officio discedente. Vt taceam si prorsus contra officium suum progrediat, sicut nunc cotidie videmus.

DECIMOQ VARTO.

Abus⁹ pestilentes rebus publicis in mūdāna potestate.

¶ In hac prophana siue seculari potestate & ipsa sunt multiplices abusus. Primo, Quā adultores sequitur, quæ cōis est & mire noxia eius calamitas & pestis. Quā nemo satis vel impedire vel vitare possit. Hic enim naso quod aīūt, ducit, piculo & malo miserę plebis. Tum fit eiusmodi impiū, quē admodū Ethnicus dixit: Vt sicut araneę muscas capiant, molaribus perrūpētibus, sic legibus, cōstitutionibus, & scitis, teneri humiles, euadentibus & liberis magnis. Vbi ergo dñs siue princeps ipse posse non ita prudens, ita cordatus est, vt suorū cōsilio non egeat, vel nisi eum vereantur & timeant, necessario sit, nisi deus peculia e faciat miraculū, vt puerile sit impiū & regimē. Ideoq; deus inter alias plagas & cas

lanciatas malos & in aptos magistratus, principes & rectores maximam
 oim duxit & iudicauit, quibus cōminat⁹ est Esaie. 3. Dabo pueros prin-
 cipes eorū, & effeminatū dominabūtur eis. Deus em̄ in scripturis quatuor
 plagas siue calamitates nominauit Ezechielis. 14. Primā vtilissimam
 pestilentia etiā a Dauid se lectā. Secundā, famem. Tertiam gladium
 siue bellum. Quartā malas bestias & leones, lupos, serpētes, dracones,
 qui sunt mali rectores. Vbicunq; em̄ eiusmodi sunt habet regio perniciē
 & excidiū, non solū in corporibus & bonis siue opibus, vt in reliquis,
 sed etiam in fama, honore, disciplina, virtutibus, & salute animarū. Et
 em̄ pestilentia & fames reddūt probos & iustos homines. Bella vero &
 mali principes perdunt & excindunt & temporalia & perpetua omnia,

DECIMOQ VINTO.

¶ Est etiam principi opus vel singulari prudentia, ita vt quantūlibet
 bonam, iustā, imo vero etiam optimā causam habēs, tñ non capite qđ
 dicitur sibi semper pponat periripere. Est em̄ multo nobilioris virtutis
 facere damnū & iacturā pati iuris, q̄ vel opum vel corporis, si id vtile
 sit popularibus siue subiectis. Cū prophana iura tantum rebus tempo-
 rali bus prospiciant. Itaq; mirū immodū stultum est verbū. Ius habeo
 in re illa, ideoq; impetu & vi eam vendicabo, & seruabo, etiā si oēs reli-
 qui ob id periculū & malis sint inuoluendi. Legimus em̄ Cesarē Octa-
 uianū nunq̄ voluisse bella mouere, vt cunq; iusta, nisi certū maiore cō-
 modo q̄ damno vel saltem tolerabili iactura sese bellaturū esse. Adeo,
 vt distineret, bellatores similes esse aureo piscantibus hamo, qui amissū
 nunq̄ posset repensari captura piscium. Nam vectabulū ducenū, mul-
 to secus proficiscendum est quam per se euntī. Hic enim potest ire pedis-
 bus, saltare, facere vt velit. Sed & vectori siue aurigæ nunc huc nūc illuc
 vertendum est, prout vel currus vel equi procedentem sequi possunt,
 quibus plus obsequendum est quā suę ipsius voluntati. Sic princeps
 vel dominus ducens agmen, necesse est vt non pro suo arbitrio sed ag-
 minis viribus & cōmoditate procedat, plus agminis cōmodum, neces-
 sitatem, & commoditatem q̄ suam ipsius voluntatem & voluptatem
 respiciens. Nam princeps siue dominus pro arbitrio & libidine sui ces-
 rebrosi & stulti capitis imperans & regens, similis est vectori vel aurigę
 furibūdo, equis & vectabulo p̄cipitanter p̄ virgulta, frutecta, fossas, las-
 cunas, aquas mōtes & valles agitātī, & neq; vias neq; pontes spectantī.
 Eiusmodi em̄ auriga non diu vectabit, vectabulo frustillatim cōcidente.
 Quappter vtilissimū esset principib; & regulis, vt a puero vl' legerēt, vel
 legēdas sibi curarēt historias tā eccl'asticorū q̄ gētiliū librorū. In illis em̄
 pl⁹ & eruditiois & exēplorū iperādi & regēdi inuenirēt quā in oib; iuris
 & legū libris. Quēadmodū legim⁹ i regno regis Persarū factū Helter, 6.

Tolerantiam
 Principi ne-
 cessariam.

Quoniam exemplis & historijs semper magis docemur, quam legib⁹,
iuribus, & constitutionibus. Illic enim intuitu certissima experientia,
hic nuda erudiunt verba.

DECIMOSEXTO.

Opera prin-
cipum neces-
saria.

¶ Omnes principes, proceres, & domini nostra etate habent tria p^{ri}-
cipua opera que faciant, p^{re}ferim in nostris regionibus. Primo vt ab-
rogarent horribilem abulum edendi & potandi, nō solum propter im-
moderationem, sed etiam ob p^{re}ciositatē & charitatem. Nam per aro-
mata, & condimenta, & id genus alia, sine quibus bene viui potest, non
paruum detrimentum temporalium bonorum in has terras irrepsit, &
cotidie penetrat. Quibus duabus magnis iacturis tollendis prophana
siue secularis potestas sane satis haberet negotij. Mira enim altitudine ra-
dices egerunt. Quomodo autem melius principes & deo seruiant, &
suas ipsorum regiones auctiores facere possent? Secundō. Tollere im-
moderatos sumptus, cultus & amictus, quibus tantum facultatum ab-
sumitur, & tamen dumtaxat ad mundi carnisq; seruitutem, vt terribile
sit cogitatu, eiusmodi abusus apud populum inueniri Christo crucifixo
deuotum & iuratum, baptizatum, & dicatum, ad crucem suam cum eo
ferendam, & quotidiana p^{re}paratione ad mortem. Imprudentia enim
id factum tolerabilius esset. Sed tam licenter, tam impune, tam impu-
denter, & tam nullo impediēte & occurrente & resistente hoc fieri, imo
inde gloriam & laudem requiri, res est vere impia, irreligiosa, & Christi-
anis indigna. Tertio. Antiquare & eijcere pensiones & nundinas vsu-
rarias & feneratorias, quibus in toto terrarum orbe omnes regiones, ho-
mines, & ciuitates corrumpuntur, absumuntur, deuorantur, & deuastrā-
tur, specie eius improba, qua facit ne sit vsura, cum tamen reuera eo sit
peior & improbius vsura, ideo quod non vt antea p vsura vitatur. Ecce
hi sunt res Iudei, vt dicitur, totum orbem terrarum exsugentes & ex-
haurientes. Hic ergo principibus, proceribus & dominis neq; dormien-
dum, neq; desidendum esset, volentibus deo bonam officij sui reddere
rationem.

DECIMOSEPTIMO.

Imposturæ
Ecclesiastico-
rum p^{re}lato-
rum.

¶ Hic quoq; cōmonstrandæ fuerint improbitates & officia officia-
libus, & reliquis Episcopalibus & ecclesiasticis magistratibus familiares,
qui miseram plebem magnis oneribus & molestijs excommunicant, ci-
tant, agunt, & vexant, donec vel assē vnā habeant reliquum. Talia
essent seculari coercenda gladio, quā hīc nullum aliud est vel medium
vel auxilium. O vtinam aliquando eiusmodi res publica institueretur,
quæ tollat etiā lupanaria, quemadmodum in populo Israelitico erat.
Est etiā

Lupanaria.

Est enim imago irreligiosa & i christiana domum publicis peccatis defa-
 tinatam habere Christianos, quod olim inauditum fuit. Deceret enim
 esse constitutionem & ordinationem, vt mares puellis mature collocas-
 rentur, ad eiusmōi vitia vitanda. In quod nitendum esset tam sacris quā
 prophanis magistratibus, tam spiritualibus quā secularibus officialib.
 Si em hoc apud Iudeos possibile fuit, quare hoc non & apud Christia-
 nos sit possibile? Quin potius si in vicis, castellis, & aliquibus oppidis
 & vrbibus possibile est, vt ob oculos habemus, quare nō sit vbiq; pos-
 sibilis? Sed hoc impedit, quod nullum est in seculo & orbe terrarū re-
 gimen. Nemo vult laborare. Ideo coguntur opifices suis ministris feris
 as permittere. Quos tum ita licentiosos nemo potest cohibere. Verum
 si constitutio & ordinatio esset eiusmodi, vt cogerentur obtemperare &
 obedire, & ne alibi a quoq; receptarentur, esset huius mali magnū foras
 men obturatum. O deum auxiliatorem, vereor hic votū esse maximū.
 Spes enim est exigua, & tamē per hoc non sumus excusati. Nunc vide,
 hęc pauca opera principibus, dominis, & magistratibus sunt demonstras-
 ta, sed tamē tam bona, & tam multa, vt satis superq; habeant bonorum
 operum, quibus deo omnibus horis seruiant. Atqui hęc quoq; opera
 non minus q̄ reliqua oportet in fide fieri, imo fidem exercere. Ne quis-
 piam mortalium sibi pręsumat operibus deo placere, sed vt fiducia erga
 deum, eiusmodi opera suo propitio & clementi deo tantum ad hono-
 rem & gloriam faciat, ita proxime seruiendi & commodandi.

DECIMO OCTAVO.

¶ Quartum opus huius præcepti est, obedientia famulij, & opificū
 erga suos dominos, dominas, magistrōs, & magistras. De quibus S.
 Paulus ad Titum. 2. dicit. Seruos dominis suis subditos esse, in omni-
 bus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidē
 bonam ostendentes, vt doctrinam saluatoris nostri ornent in omnib.
 Vt is qui ex aduerso est vereatur nihil habens malum dicere de nobis.
 Sanctus quoq; Petrus dixit. Serui subditi estote in omni timore dñis,
 non tantum bonis & modestis, sed etiā dyscolis. Hęc est em gratia si
 propter dei conscientiam sustinet quis irascias paciens iniuste. Nunc
 enim maxima in seculo querimonia est cōtra famulitium, & operarios,
 tam contumaces, infideles, nihil educatos, tam lucri cupidos esse. Quæ
 calamitas diuinitus missa est. Est enim hoc vnicū famulij opus, quo
 beatum fieri potest. Neq; egent vel peregrinationibus ad diuos, vel hoc
 vel illo facto, si tantum eorum cor eo tendit, vt & omittit & facere sint
 parati, quicquid intelligant suis dñis & eorum vxoribus placere. Idq;
 totum in simplici fide. Non quod vellent magna operibus promereri,
 sed vt ea faciant omnia in fiducia ad dei gratiā & amorem (in quo oīa

Quid deceat
 subditos.

Fidei exerci-
 cium.

stant merita) pure & gratis ex amore & favore ad deum, ex eiusmodi fiducia nata. Ita, vt stant eiusmodi opera omnia esse exercitationem & admonitionem talis fidei & fiduciae magis & magis confirmandae. Nā sicut dictum est sepe numero, hæc fides omnia opera facit bona. Imo a fide oportet opera fieri, ita vt fides magister sit operum.

DECIMONONO.

Quid vicissim dñs deceat.

¶ E diuerso dominorum & matronarum est, regere ministros, ancillas, & operarios suos non tyrannice. Non omnia ad viuum querere, sed interdū aliquid permittere, & pro tranquillitate & concordia cōnuere. Nam quando in hac vita terrestri in imperfectiōe viuatur, in nullo vno q̄ ordine & ita possunt omnia ad perpendiculum exigi. De quo S. Paulus ad Colossenses. 4. Domini quod iustum & æquum est, seruis prestare, scientes quoniam & vos dominum habeis in cœlo. Ideoq; si cut domini nolunt a deo cū ipsis agi seuerissime, sed multa ipsis ex gratia remitti, ita vicissim debent eo mitiores erga suum esse famulitium, remittentes non nihil, data tamen interim opera vt bene viuant & discant deum timere. Hic iterum vides quid honorum operum possit & pater & mater familias facere. Quam pulchre nobis omnibus bona opera, quā prope, quā multipliciter, q̄ frequenter admoueat & proponat, vt non cogamur de bonis operibus interrogare. Imo bene possimus obliuisci reliquorum elegantium & fulegentium, longe ascitorum, & humanius inuentorum operum. Vt sunt peregrinari, templa exstruere, indulgentias querere, & id genus similia. Hic quoq; a me dicendū esset quomō vxor marito suo vt suo superiori siue principi obedire, subesse, cedere, tacere, permittere debeat, vbi non sit contra deum. Rursum vt maritus vxorem diligat, ei non nihil indulgeat, non omnia ad amussim exigens, vt S. Petrus & Paulus multa in hanc rem dixerunt. Sed hæc res conuenit longiori decem præceptorum enarrationi, & potest ex his capitibus facile agnosci.

VIGESIMO.

Obedientia | sollicitudo.

¶ Verum quicquid dictum est de his operibus comprehenditur his duobus, obedientia & sollicitudine. Obedientia em̄ decet populares siue subiectos, Sollicitudo dominos siue superiores, vt curam habeant suos subiectos bene regendi, eos comiter & humaniter tractandi, & oīa faciendi, quibus ipsis vsui sint & auxilio. Hęc em̄ ipsorū est via ad cœlum, hæc ipsorū optima opera quæ facere possunt in terris, quibus deo sunt acceptiores quā si alioqui mera facerent miracula. Ita dicit S. Pau. Ro. xij. Qui præst in sollicitudine. Quasi diceret. Ne moueatur quid religū vel homines vel ordines faciant. Neq; spectet vel hoc vel illud opus, siue luceat siue obscurum videatur. Sed obseruet suam conditionem

sumq; fracti, cogitans tantum quomō subiectis suis proficit. Ibi constet, non permittens sese inde diuelli, etiā si cœlum sibi imminet, neq; hinc fugam cogitet etiā si infernus ipsum persequeretur. Hoc enim est compendiarīa via eum ad cœlū ferens. O si quispiam sic se & suū statū obseruaret, idq; vnum ageret, quā diues bonorum operū homo breuifireret, ita occulte, ita tacite, vt præter deum nemo hoc mortalium referret atq; cognosceret. Sed hodie his omnibus omissis, cursitat alius in Carthaginiam, alius huc, alius illuc. Quasi vero bona opera & dei præcepta sint dissecta & in angulos abstrusa, quū tamen scriptū sit, Prouerbio, i. diuicnam sapientiā præcepta sua prædicare foris, in plateis, in capite turbarum, & in foribus portarum vrbis. Quo significatur in omnibus locis, statibus, conditionibus, & temporibus affatim, abunde superq; adesse. Sed nos excoecati non videntes ea, alibi alia querimus. Quod Christus prænunciavit Math. xxiiij. Si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, Si dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi & pseudo prophetae.

VIGESIMOPRIMO.

¶ Rursum conuenit subiectis obedientia, vt omnem suam operam & obseruantiam eo conuertant & omittendo, & faciendo, quod eorum superiores exigunt, non permittentes sese inde vel pelli vel diuelli, non respicientes quid alij fecerint. Neq; persuadeant sibi se vel bene viuere, vel bona opera facere, siue orare id sit, siue ieiunare, siue quodcumq; habere possit nomen, si se in hoc non summo opere exercent. Si vero, vt sæpe fit, a seculari siue prophana potestate quidpiam iuberentur, quod diuinis præceptis vel contrarium vel impeditorium sit, ibi tum obedientia finitur, ibi debitum est antiquatum. Hic em̄ oportet dici quod S. Petrus principibus Iudeorum dixit. Oportet deo plus obedire quam hominibus. Non dixit, non oportet hominibus obedire, id em̄ falsum esset, sed oportet deo plus obedire quam hominibus. Ita principi apte iniustam causam habenti, bellum gesturo, non est neq; auxiliandum, neq; parendum. Præcepit enim deus ne proximum nostrum vel occideremus, vel iniuria afficeremus, & iniuste offenderemus. Item, Postestatem prophana præcipiente falsum testimonium ferendum, rapiendū, mentiendum, decipiendum, & id genus alia, hic potius contemnenda sunt bona, honor, corpus & vita, vt præceptū dei sit saluū & incolume.

DE QVINTO DEI PRÆCEPTO.

¶ Quatuor priora præcepta habent sua opera in ratione, hoc est, quod

Quintum
præceptum.
Ne occidas,

Expositio
præcepti.

hominem capiunt, regunt, moderantur, & subiiciunt sibi, vt non se ipse
se regat, non sibi probus videatur, nihil magni de seipso sentiat, sed se
modestum & humilem agnoscat, permittens duci. Quo superbiæ oca
curritur & resistitur. Hęc autem sequentia præcepta agunt cum cupidita
tibus & voluptatibus hominis, ad eas quoq; occidendas. Primo irasci
bilem & vindictæ studiosam, de qua quintum præceptum dicit, Ne
occidas. Quod præceptum habet opus, sed multa complectens, multa
vitia propellens, & appellatur mā suetudo, siue suauitas. Quę duplex
est. Quarum altera valde pulchra & speciosa apparet, sed nihil in recess
su habens, quā habemus vel erga amicos, & qui nobis vsi sunt, in opib
us, fama, dignitate, & studio atq; fauore. Vel in eos qui nobis nō of
ficiunt vel nocent, neq; verbis neq; factis. Qualis mansuetudo est etiam
muris animantibus, leonibus, & serpentibus: Ethnicis, Iudeis, Turcis,
nebulonibus, homicidis, scortis. Hi em̄ omnes placabiles sunt & quieti
si eorum voluntati obsequaris, vel eos non offendas. Et tamen non par
rum illiusmodi nugatoria mansuetudine decepti, suam iram detegentes,
sic excusant. Non irascerer si mihi per alios liceret. Imo ni homo. Sic
& Satanas esset mansuetus & placabilis, si ei omnia ex animi sententia
succederent. Sed dissentio & offensio ideo te inuadunt, vt te tibi ipsi cō
monstrent, quā plenus sis iræ & malitię, vt sic admonitus, pro mansue
tudine & suauitate, & ad eiciendam iracundiam labores. Altera autem
mansuetudo est radicatus & a fundamentis bona, quæ se ostendit erga
aduersarios & inimicos, eisdem non nocens, nō iudicans, non detestās,
non execrans, non detrahens, nō maledicens, nihil de ipsis mali cogitās,
etiā si opes, famam, corp⁹, amicos, & breuiter omnia nobis ademissent.
Imo vbiq; potest, ipsis bona pro malis reddit, optime de ipsis lo
quitur, optime de ipsis cogitat, pro ipsis orat. De quo Christus dixit
Mathei. 5. Bene facite vobis male facientibus, orate pro persequentibus
& calumniantibus vos. Et sanctus Paulus ad Roma. 12. Benedicite &
non male dicite, nulli malum pro malo reddentes.

SECVNDO.

Bella,
Lites,
Odia.

¶ Nunc vide ꝑ hoc eximie magnum & sublime opus inter Christia
nos pessum ierit, iam nō nisi litibus, iurgijs, bellis, ira, odio, inuidia, des
tractionibus, execrationibus, detestationibus, damnis, vltione, & omni
iugis irę & indignationis tum operibus tū verbis plena potestate vbiq;
regnantibus. Et tamen nihilo secius nos interim procedimus cū multis
festis, audiendis missis, oraciuncularum de murmuracione, fundacione
templorum Ecclesiasticis ornamentis, a deo non præceptis, adeo immo
derate fulgentibus, tanq; essemus sanctissimi omnium Christianorum,
qui vnq; fuissent, permittentes sub his speculis, personis, & laruis dei ꝑ

cepta interire & labefactari, adeo, vt ne sit quidem qui vel cogitet vel p-
pen dat q̄ propinquus vel admotus sit mansuetudini & placabilitati, &
impletioni huius p̄cepti diuini. Quū tamen deus non dixerit, qui hęc
opera fecerit, sed qui p̄cepta sua seruauerit, in regnū cœlorū intraturū.
Postquā ergo nemo mortalīū in terris uiuit cui non deus suborner des-
monstratorē proprię ipsius irę & malitię, hoc est holtem & aduersariū
eius, eum in opibus, dignitate, honore, & amicis offendentē, ita probās
an adhuc ibi sit ira reliqua, an possit inimicū diligere, bene de eo loqui,
bene de eo mereri, ei benefacere, nihil mali contra eum cogitans. Nunc
accedat interrogans, quid sibi faciendum sit vt bona opera faciat, vt deo
grata, sic sibi salutaria. Proponat sibi hostē suum, habeat eum perpetuo
in imagine & oculo cordis sui, in hunc usum, vt ita seipsum vincat, cor
suum alluefaciens, amice de eo cogitare, ei optima queq; fauere, pro eo
curare & orare, de inde vbi occasio & tempus fuerit, bene de eo etiā lo-
qui, sed & bene ei facere. Probet hoc quisquis velit. Nisi enim inueniat
satis quod omnibus diebus vitę suę agat, mendaciū me coarguat, & di-
cat hunc sermonem falsum fuisse. Deo autē hoc ita volente, neq; aliam
solutionem admittēte & exigente, quid obsecro prodest nos alijs mag-
nis operibus occupari, hisq; non p̄ceptis, & hęc non relinquere? Ideo
dicit Mathē, s. Ego autē dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo, reus
erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo Racha (hoc est qui abominabile,
iratum, & immane signū dat) reus erit consilio. Qui autē dixerit faue,
hoc est, omni iuga conuicia, detestationes, detractiones, execrationes, reus
erit gehennę ignis. Vbi autē manet violenta iniectio manuum: vt ferire,
percutere, vulnerare, occidere, damnum inferre, si cogitationes & verba
irę tam grauiter damnata sunt?

TERTIO.

¶ Vbi autem interior cordis est mansuetudo & suauitas, miseret cor
hominis omnium calamitatum quę hosti suo accidunt. Et huiusmodi
sunt veri & filij & heredes dei, & fratres Christi, qui pro nobis omnibus
sic fecit in sancta Cruce. Ita videmus a probo iudice cum dolore ferri
sententiā i reum & noxium, & egre illi esse mortem huic a iure inflictā.
Hic est species in opere, tanq; sit ira, indignatio, & inclementia. Adeo
intime bona est mansuetudo, vt etiam sub eiusmodi iratis operibus ma-
neat. Imo acerrime & viuacissime in corde tum scaturit quādo sic irasci
& seueritatem exercere cogitur. Attamen hic nobis cauendū est, ne sim⁹
mansueti & placabiles, contra dei gloriam & p̄cepta. Scriptū est em̄,
Mosen mitissimum omnium fuisse mortalium, & tamen quum Iudei
vitiū aurei adoratione deum prouocassent & commouissent, multos
eorum ab ipso interemptos, & ita deum ab eo reconciliauit. Sic non

Inimici dis-
ligendi.

Ceuēda mā-
suetudo con-
tra dei p̄-
cepta.

debet magistratus & superiores feriari, & pari peccata regnare, & interita
 tacere. Meas opes, meum honorem, meam iacturam & damnum con-
 temnere debeo, neq; si quid his accidit aduersi ob id irasci. Sed dei glo-
 riam, honorem, & precepta, atq; adeo etiã proximi nostri damnũ & ini-
 iuriam oportet nos auertere, cauere, & propulsare, magistratus & supe-
 riores ultore gladio, reliquos vero hoc est priuatos, verbis & increpatioe.
 Et tamen hæc omnia decet fieri cum commiseratione erga eos qui sup-
 plícium meruerũt. Hoc em̄ sublime, pulchrum & suauē opus, se se pœ-
 tietur facile addisci, si id ipsum in fide faciam⁹, & eam in hoc exerceam⁹.
 Nam fide in gratia & fauore dei non dubitante, se habere propitium &
 clementem deum, erit ipsi q̄ facile, etiam proximo suo se propitium &
 fauorabilem prestare, quantumlibet ab eo grauius sit offensus. Nos em̄
 longe grauius & arotius deum offendimus. Ecce q̄ breuē preceptũ est
 hoc, sed longa & magna exercitatio bonorum operum & fidei, in hoc
 proposita est.

DE SEXTO PRAECEPTO. NON SIS ADVLTER.

Sextum præ-
 ceptum.
 Non mecha-
 beria.

¶ In hoc quoq; præcepto bonũ opus præcipitur, multa cõplectens,
 & multa viua ppulsans, idq; vocatur Pudicitia vel castitas, de qua mul-
 ta sunt scripta, prædicata, & admodũ omnibus cognita. Nisi quod non
 tam bene obseruatur, & exercetur, vt fit in reliquis operibus non præ-
 ceptis. Adeo parati sumus omnes facere quod non est præceptum, &
 omittere quod est præceptum. Cernimus mundũ esse plenum iurpium
 operum, impudicitie, impudẽtium verborum, fabularum, & cantu-
 cularum. Ad hæc augetur indies irritatio immoderatione cibi & potus,
 ocio & nimio cultu. Et tamen interim pergitur quasi essemus Christe-
 ani, quod templum ingressi, nostras oratiũculas, ieiunia, & ferias absol-
 uimus. Quibus modis rem totam volumus perfectam esse. Quod si
 non plura opera essent præcepta q̄ sola castitas, satis omnes haberemus
 negotiorum. Adeo periculosum, adeo furibundum hoc vicium est.
 Furit em̄ in omnibus membris, in corde cogitationibus, in oculis visu,
 in auribus auditu, in ore v̄bis, in manibus, pedibus & toto corpore ip-
 so opere. Ad hæc omnia edomanda opus est labore & fatione. Ita
 docent nos præcepta dei, quam magna sint, & quam vere & sinceriter
 huiusmodi bona opera. Imo impossibile esse ex nostris viribus bonũ
 aliquid cogitare, vt taceam vel incipere vel perficere. Dicit em̄ sanctus
 Augustinus, in er omnes pugnas Christianorum pugnam castitatis esse
 maximam, tanum ob id quod quotidie fit sine intermissione & cessat-
 ione, & quod castitas raro superat. Hoc enim omnes sancti sunt con-

Augustini
 sententia,
 Pugna casti-
 tatis maxima.

questi, hoc omnes diu deplorauerunt. *Vt S. Paulus ad Romanos. 7.*
Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.

SECUNDO.

¶ *Vt hoc castitatis opus vincat, agit nos ad multa alia bona opera, ad ieiunia, & temperantiam contra gulam & ebrietatem, ad vigiliis & matutinam surrectionem, contra pigritiam & immoderatum somnū, ad laborem & fatigationem contra ocium. Nam comedere, potare, multū dormire, desiderare, & ociari, sunt arma impudicitiae, quibus castitas statim superatur. Rursum diuus Apostolus Paul⁹ ieiunium, vigiliis, labores, diuinam nominat armaturam, qua impudicitia in ordinem redigitur & domatur. Sed ita vt superius dictum est, ne illiusmodi exercitationes ulterius procedant quam ad opprimendam impudicitiam, non ad perdendam naturam. Præter hæc omnia, armatura robustissima est oratio & verbum dei. Vt uillante mala voluptate & concupiscentia, homo ad orationem confugiat, dei gratiam & auxilium iruocans, Euāgelium legat & mediteatur, in eo Christi passionem inspectans. Ita dicit psalmo 137. Filia Babylonis misera, Beatus qui tenebit & allidet paruos suos ad petram. Hoc est, Dum cor cum malis cogitationibus adhuc teneris & iter in itia ad dñm Christum currit, qui petra est, in qua allise & arrite pereunt. Ecce hic vnusquisq; se ipso oneratus satis negotiorū inueniet in seipso multa bona opera consecutus. Verū nunc sic fit, vt nemo oratione, ieiunio, vigiliis, labore, ad hoc utatur, sed illis perse relictis, in hoc destinandis & ordinandis ad opus huius præcepti intendit, & indies magis & magis purgandum. Ad hæc fuerunt, qui demonstrarint quomō impudicitia vitanda sit, vt reiectis mollibus lectis, cubilibus & vestimentis, vitiatione immoderati ornamenti tam in viris q̄ mulieribus, familiaritatis, colloquiū & aspectus, & quicquid aliud concubicabile est seruanda castitati. In quibus omnibus nemo possit certam & regulam & mensuram ponere. Oportet enim vnumquemq; seipsum obseruare. Quæ & q̄ multa, & quā diu ipsi ad castitatem sint vsui, a se ipso deligenda & seruanda. Quod si ipse perse nesciat, permittat se alii quam diu alterius institutioni & doctrine, qui eum in hoc educet & instruat, donec ipse eo virium euaserit, vt sibi ipse possit imperare. Siquidem cenobia siue monasteria olim ad hoc fundata sunt, vt pueri & iuuenes in illis innocentiam & castitatem docerentur.*

TERTIO.

¶ *In hoc opere prodest bona & fortis fides sensibilis quam pene in nullo alio. Adeo vt sanct. Esaias quinto dixerit, fidem esse cingulum rethum, hoc est, custodiam castitatis. Sic enim viuenti vt sibi de deo*

Arma impudicitiae.

Orationis vis.

Cenobia ad qd instituta.

Fides cingulum renuntium. gratiam & fauorem eius polliceatur & persuadeat, placet etiã spiritualis castitas. Ideo eo fortius potest resistere corporali impudiciã. Dicit em̃ ei certo spiritus, in eiusmodi fide, quomodo vitare debeat malas cogitationes, & quicquid castitati est conrarium. Nam fides diuine gracie sic cut sine intermissione viuunt, omnia opera operans, ita non omittit suam admonitionem in omnibus rebus, deo vel gratis vel inuisis sicut sanctus Iohannes in sua Epistola dicit. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam. Vos em̃ habetis vnctiõem a sancto, & nostris omnia, hoc est, dei spiritus docet vos omnia. Neq; tamẽ nos desperare oportet, si non statim tentatione liberemur. Imo nobis non promittere vel proponere, requirẽ habituros prẽ ea, dum viuimus, neq; eam secus suscipere, quam veluti prouocationẽ & admonitionẽ ad orãdum, ieiunandum, vigilandũ, laborandũ, & alias exercitationes domãde carnis, & presertim meditando fidei ad deum obeundas habenda q; Neq; em̃ magna est castitas quæ quietã tranquillitatẽ habeat, sed quæ cum impudiciã in acie congressa pugnat, sine intermissione omnia venena expellens, quæ caro & malus spiritus iniiciunt. Ita dicit S. Petrus. Charissimi, obsecro vos tanq; aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam. Et s. Paulus ad Ro. 6. Non regnet peccatum in corpore vestro mortali, vt obediatis concupiscentijs eius. In hac sententiã & eiusmodi alijs, ostenditur neminẽ liberum esse a malis concupiscentijs, vt quotidie cogamur cum eis pugnare. Quãuis enim id molestiam, & inquietudinẽ afferat, est tamen deo gratum opus, in quo vno oportet nobis nostrã sufficientiã, nostrũq; solatium esse. Nam arbitantes se obsequio repugnaturus huiusmodi tentationi, eam magis & magis accendunt & inflammant. Ita vt quamuis aliquãisper subleuat, tamen alias redeat fortior, inueniens naturã in firmiorem q; antea.

DE SEPTIMO DEI PRAECEPTO. NON FVRTVM FACIAS.

Septimum praeceptum, Nõ furabere.

¶ Et hoc praeceptũ habet opus, valde multa in se bona opera cõprehendens, multis vitijs conrarium, latine liberalitas siue beneficentiã vocatum. Quod eiusmodi est opus, vt quispiam propensus & paratus est de suis facultatibus omnibus prodesse & seruire, pugnat non tantum contra furum & rapinam, sed etiam contra omnes imposturas & fraudes quæ in bonis temporalibus vnus contra alterum fieri possunt, vt sunt auaritiã, vsura, nimijs precijs, adulterinis mercibus, adulterina mense, fura, & adulterino pondere. Quis em̃ possit enumerare omnes nouas, fraudulentas, & callidas inuentiunculas, quæ indies augentur, in omnibus negotiationibus,

negociationibus, in quibus omnes suum compendium, suam comoditatem cum aliorum incommodo querunt, obliui interim legis dicentis. Mathei 7. Quaecumque vultis ut faciant vobis homines & vos facite illis. Hanc regulam si quisque ob oculos habens seruaret, in suo officio, suis negocijs, & actionibus erga deum, inueniret, quomodo emere & vendere, accipere & dare debeat, mutuo dare & gratis tribuere, promittere & seruare, & id genus similia. Inuentes enim mundi negocia & artes, quam auaritia habeat in omnibus actionibus & negociationibus imperium, non modo satis habebimus occupationum, modo cum deo & honore alii volentes, verum etiam horrebimus & terribimur ab hac periculosa & miserabili vita, curis alimoniae temporalis & improbi quidam adeo praegravata, deuincta, & capta.

Negociatio
nū fraudes.

SECVNDO.

¶ Quamobrem non abs re sapiens dixit: Beatus vir qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit, nec sperauit in thesauris pecuniae. Quis est hic? & laudabimus eum, mirabilia fecit in vita sua. Quasi diceret, nullus inuentus est, vel saltem per paucos. Imo & eorum pauci sunt, qui eiusmodi phylargyriam & studium & amorem pecuniae in se agnoscant & sentiant. Nam hic auaritia habet perpulchrum dedecoris & vitij operculum, quod appellatur corporis alimonia, & necessitas naturae. Sub quo negociatur ita immoderate & ifaciabiliter, ut se purum in hoc seruaturum, oporteat, ut ait Sapiens, in vita sua operari miracula. Nunc vide, non solum bona opera, sed etiam miracula facturo, quae deo placeant & laudentur, quid opus est alio cogitare & spectare? Obseruet se ipsum, & videat ne abeat post aurum, neque reponat spem suam in thesauris pecuniae, permittens, ut pecunia ipsum sequatur, ut pecunia ipsius gratiam, non ipse gratiam pecuniae expectet. Ut pecuniam non diligat, neque cor eius pecuniae inherescat. Sic est ipse vere liberalis, miraculorum operator, beatus vir, & sicut Iob. xxxi. dicit, Nunquam putauit aurum robur meum, & obrigo dixi fiducia mea. Et psalmo lxiij. Diuitiae affluant, nolite cor apponere. Sic CHRISTVS docuit Mathei. 6. Nolite ergo esse solliciti dicentes, quid manducabimus? quid bibemus? aut quo operiemur? Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigeris. Ceterum sunt qui dicant: Imo tu hoc nixus, nihil cura, expectans donec tibi gallina assata in os inuolet. Ego vero non aio, nemini esse vel laborandum, vel alimoniam querendam, sed non curandum, non auare cupiendum, non desperandum se satis habiturum. Sumus enim in Adam omnes ad laborem damnati. Dixit

Spiritalis
intellectus,
praeccepti dei
non seruando.

Non labor,
sed cupiditas
prohibetur.

enim deus Genesis. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Iob. 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Atqui sicut aues volant sine cura, sollicitudine, & avaritia, ita nos decet laborare sine cura & cupiditate. Si vero curas, aues, & cupis vt tibi assatus gallinæ pullus in os deuolet, cura & sollicitare, respiciens an dei præcepta implere, & beat⁹ fieri possis.

TERTIO.

Exercitium
fidei in hoc
præcepto.

¶ Hoc opus per se docet fides ipsa. Nam corde sibi persuadente se deum habere elemētem & propitium, & eo nititur, quomodo est possibile vt ille sollicitus & avarus esse debeat. Necessē enim est vt a deo suscipiatur defendendus. Ideo in nulla heret pecunia. Sed ea vtitur, liberalitate, ad proximi vtilitatem, sciens sese satis habiturum, quantumcūq; distribuat & largiatur. Nam deus eius, cui confidit, ei non mentitur, eum non deseret. Vt est in psalmo. xxxvi. Etenim iuuenis fui, & senui, & nunq; vidi iustum (id est fidelem & in deum confidentem) derelictum, nec semen eius querens panē. Ideo Apostolus nullum aliud peccatū nominat idololatriam q̄ avaritiā vt se ipsam crassissime prodentem, quod deo nihil confidat, plus sibi de pecunia sua q̄ de deo boni persuadēs, per quam fiduciam deus, vt dictum est, vere vel honoratur, vel ignominia afficitur. Et reuera in hoc præcepto clare potest deprehēdi, quam omnia bona opera oportet in fide & proficisci & fieri. Nam hic vnusquisq; mira certitudine sentit, causam vt liberalitatis esse fiduciam, ita avaritiæ incredulitatem. Siquidem quod deo confidit liberalis est, nihil dubitans se satis semper habiturum. Et ediuerso ideo avarus & sollicitus est, quod deo non confidit. Sicut ergo fides in hoc præcepto, magister & agitator boni operis est liberalitatis, ita idem est opifex & in reliquis omnibus alijs præceptis. Adeo vt sine huiusmodi fide nulla possit liberalitas, sed magis temeraria sit pfusio pecuniæ.

QVARTO.

Bene faciens
cū inimicis.

¶ Circa hæc etiam scitu dignum est, hanc liberalitatem & beneficentiam prorogandam & extendendam esse etiam vsq; ad hostes & aduersarios. Quid enim hoc sit beneficentiæ, si tantum erga amicos simus liberales: vt CHRISTVS Luca. 6. docuit. Vtitur enim eadem etiam malus homo in suum amicum. Sed & muta animalia sui generis animalibus bene faciunt & liberalia sunt. Ergo homini Christiano subtilius cogitandum est, ita vt eius beneficentiā & liberalitas etiam inimicis, malefactorib; inimicis, & ingratis seruiat, & exemplo patris sui cœ-

lestis, permittat solem oriri super bonos & malos, & pluere super gratos
& ingratos. Hic quoque inuenias quam difficile sit bona opera post dei
præcepta facere, quam hic sese natura obliquet, reflectat & insinuet, etsi
sua electitia bona opera facile & libenter faciens. Ita propone tibi tuos
inimicos & ingratos, bene de eis merens. Sic enim inuenies quam vel
vicinus vel semotus huic sis præcepto, & quantum sis negotiorum ha-
biturus perpetuo vitæ tuæ tempore, vel in huius vnus præcepti opere.
Nam nisi inimico siue hosti tuo te indigenti opem tuleris, nisi eum in
eius necessitate adiuueris, si possis, perinde est ac si ei furatus fueris. Debu-
isti enim ut eum iuuares. Ita dicit sanctus Ambrosius. Ciba esuriens
tem. Si enim eum non cibas, occidisti, quantum in te est. In hoc igitur
præcepto pendent opera misericordiæ, quæ CHRISTVS in die extre-
mo exiger. Curandum tamen esset principibus & ciuitatibus, ut diua-
gatores, fratres Iacobini, & id genus reliqui mendici peregrini tollerentur,
inhiberenturque, vel saltem modo & moderatione & ordine aliquo
admitterentur, ne eiusmodi nebulonibus sub nomine mendicitatis er-
rores, offuciæ, & imposturæ, quarum iam multæ sunt, permitterentur.
Copiosius enim de operibus huius præcepti in sermone de Vsurâ dixi.

Ambro. Sen-
tentia. Non
cibes, occi-
disti.

DE OCTAVO PRAECEPTO.

FALSVM TESTIMONIVM CONTRA proximū tuū ne dicas,

Septimum
praecipuum.
Non esse dis-
cedū falsum
testimoniū.

Non aliud
pireatū vul-
garius, male
dicentia.

Impia sentē-
tia. Vigilāti
iura subue-
niunt.

Veritatis tes-
timonium
contra pseu-
do Aposto-
los.

¶ Hoc vero praecipuum videtur paruum, reuera tamē ita magnū, vt idē
ipsum vere obseruaturū, periclitandū sit de corpore & vita, de opibus &
fama, de amicis & quicquid habet, nihil tū amplius cōplectens q̄ opus
parui membri linguae, quod est veritatē dicere, & mendacio contra dis-
cere, si necessitas ferat. Itaq; multa mala opera linguae hīc prohibentur.
Primo quae loquendo, deinde quae tacendo cōmittuntur. Loquendo,
quādo malā causam habens in iudicio, eam nititur malo fundamento
probare & conseruare, dolo malo proximū suū capere, pponere quicquid
suā causam ornat vel promouet, tacere & diminuerē quicquid sui proximi
bonam causam adiuuet. In quo nō facit proximo suo quod sibi ab eo
factū velit. Hoc sunt qui faciunt partim ppter vilitatē aliquā, partim ad
vitandā vel iacturā vel infamiā, qua re magis sua, quā dei querūt praeci-
puit, sese sic excusantes. Vigilant iura subueniunt. Quasi vero ipsi non
debeant vigilare in causa proximi, tanquā in propria. Ita permittunt vo-
lentes proximi causam pessum ire, quāuis certi eam iustam esse. Quod
malū hodie adeo cōmune est, vt timeā nullū vel iudiciū vel actū fieri,
quin altera partū contra hoc praecipuum faciat. Quod si etiā nō habeant
vires perficiendi, malā tū voluntatem & mentē id faciendi habent, quā
vellent bonam proximi causam cadere, suam vero malā vincere. Pos-
sissimū autē sit hoc peccatū, si aduersa pars magnus aliquis Iohannes vel
inimicus sit. Sic enim volumus inimicum vlciisci, magnum Iohannem
nolumus a nobis alienare. Ita inchoatur aduatio & assentatio, vel saltē
suppressio & silentium veritatis. Hic enim nemo vult expectare indige-
nationem, damnum, & pericula pro veritate. Sic pessum dari necesse est
dei praecipuum. Atq; hoc fere est mundi imperium siue regimen. Qui
enim hic cupiat & velit perseverare, vt atq; manum habeat plenam bo-
norum operum, tantum lingua perficiendorum. Praeterea IHESV bo-
ne, quot sunt qui donis & muneribus moti ad tacendum, a veritate des-
pelluntur: vt profecto vbiq; sublime, magnum, & rarum opus sit, nō
falsum testem esse aduersus proximum suum.

SECVNDO.

¶ Praeter hęc est aliud veritatis testimonium, adhuc maius, quo cogi-
mur aduersus malos spiritus pugnare. Hęc autem pugna incipit non

pro rebus temporalibus, sed pro Euangelio, & veritate fidei, quam diabolus nunquam ferre potuit, omnia ita moliens, ut principes populi & erantem fidei oppugnent & persequantur, quibus difficile repugnari potest. De quo est in psalmo lxxxvi. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Quavis ergo haec persecutio rara sit facta & desueverit, in culpa tamen sunt spiritualium praelati, Euangelium non excitantes, sed permittentes subverti. Et ita profligauerunt eam causam, propter quam eiusmodi persecutio & testimonium excitari deberet, docentes nos vicissim traditiones & constitutiones suas, & quicquid ipsis libet. Ideo & satan quiescit desiderans quando Euangelio profligato etiam Christi fidem profligauit. Ita omnia ex votis diaboli succedunt. Si autem Euangelium esset denuo resuscitandum, & audiendum, haud dubie totus orbis terrarum commoueretur, concitans maiorem partem Regum, Principum, Episcoporum, Doctorum, Sacrorum siue spiritualium, & quicquid est magni, contra hoc repugnans, sicut semper factum est, quoties verbum dei in lucem prodijt. Non enim potest ferre mundus quod a deo venit. Quod probatum est in CHRISTO, qui maximum, charissimum, & optimum illud fuit quod deus habet, & tamen tantum abfuit ut eum mundus acciperet, ut etiam atrocius persequeretur, quam omnia alia quae vnquam a deo venerunt. Itaque sicut illius tempore, ita semper pauci sunt qui faueant diuinæ veritati, in discrimen conijciantes corpus & vitam, opes & famam, & quicquid possident. Sicut CHRISTVS promisit, Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Item Tunc scandalizabuntur multi. Imo si hanc veritatem persequerentur agricolæ, pastores, stabularij, & sordidi homines, quis non vult posset vel vellet eam fateri & testari? Sed persequentibus eam Pontifice, Episcopis, vna cum Principibus & Regibus, omnes fugiunt omnes tacent, omnes adulantur, ne sua bona, suum honorem, suum fauorem, suam denique vitam perdant.

TERTIO.

¶ Quamobrem autem hoc faciunt? Ideo nempe, quod nihil fidei habent in deum, nihil boni sibi de deo persuadentes. Nam ubicumque haec fiducia & fides erga deum est, illic est animosum, minax, & impaudum cor, quod veritati subscribit & adstat, siue capitis, siue pallij sit periculum, siue contra Pontificem, siue contra reges sit. Sicut videmus a sanctis martyribus factum. Nam eiusmodi cor contentum propitio & clementi deo, contemnit honorem, fauorem gratiam, & opes omnium mortalium, permittens & abire & venire quicquid nolit durare & manere. Sicut legiuntur in psalmo, xliij. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus,

Principes de
bent patroc
nium Euanz
gelio.

timentes autem dominum glorificat. Hoc est, tyrannos & potentes, qui
veritatem persequuntur, & deum contemnunt, non timet eos non respicit,
contemnit eos, rursum, qui persecutiones patiuntur propter veritatem,
& deum magis timent q̄ homines, eos sc̄ctatur, ab illis stat, illis
patrocinaur, honorat eos, displiceat cuiuscunq; velit. Sicut de Mose
ad Hebreos. ii. legitur patrocinaur fratribus suis, nihil veritum potēs
tem regem Aegypti. Ecce in hoc præcepto iterum breuiter vides,
oportere fidem esse magistrum huius operis, quod sine ipso nemo au
deat operari. Adeo omnia opera in fide sunt sita: Quemadmodum
haecenus saepe dictum est. Itaq; extra fidem omnia opera sunt mor
tua, vtiunq; bona appareant, videantur, fulgeant & appellentur. Nam
sicut opus huius præcepti nemo facit, nisi firmus & stabilis, & inerritus
sit in diuinæ gratiæ fiducia, sic nullum opus reliquorum facit præcepto
rum, sine hac fide. Ita, vt ex hoc præcepto facile vnusquisq; possit
specimē & pondus capere, Christianus ne sit, & an in CHRISTVM
vere credat, & sic bona ne opera faciat, an vero minime. Nunc
videmus, quomodo deus omnipotens nobis dominum nostrum
IHESVM CHRISTVM non solum posuerit, in quem eius
modi fiducia credamus, sed etiam quem pro eiusmodi fiduciæ exem
plo habemus, illiusmodi bona opera in eo nobis proponens, vti in
eum credamus, eum sequamur, in eo eternum maneamus. Vt dixit
Ioannis. 17. Ego sum via, veritas & vita: via, qua eum sequamur:
veritas, vt in eum credamus: vita, vt in eo perpetuo viuamus. Ex
quibus omnibus manifestum est, omnia reliqua opera non præcepta
periculosa esse, & facilia cognita. Vt sunt templa extruere, ornare,
peregrinationes ad diuos, & quicquid in Pontificijs Decretis multiplis
citer scriptum, mundum seducit, grauat, & perdit, inquietas conscien
tias facit, fidem silentio inuoluit & infirmavit. Postquam igitur
homini in præceptis dei, etiam omnibus alijs relictis in omnibus suis
viribus, satis est negociorum, ita vt nunquam omnia bona opera ipsi
præcepta facere possit, quare querit alia, quæ ipsi necq; necessaria, necq;
præcepta sunt, relictis necessarijs & præceptis. Vltima autem
duo præcepta, prohibentia malas cupiditates siue concupiscentias cor
poris, voluptates & amorem temporalium rerum, sunt in seipsis clas
sa & proximo innoxia. Ad hæc durant vsq; ad sepulchrum. Mas
net enim in nobis pugna contra eas vsq; ad mortem. Ideo hæc duo
præcepta a sancto Paulo sunt in vnum contracta, ad Rhomanos. 7.
& ad vnum scopum posita, quem assequi non possumus, sed tantum
eò destinamus & cogitamus, vsq; ad mortem. Nemo enim vnquam
tam sanctus quispiam fuit, qui non malas concupiscentias in se sensisset.

set, præsertim si causa & occasio coram adesset. Nam peccatum ori-
ginale nobis naturaliter est innatum, se permittens obrui, non tamen
penitus euelli, nisi per mortem corporalem, propter peccatum origi-
nale etiam vilem & oprabilem. Quod deus nos adiuuet, Amen.

VVITTEMBERGAE, APVD IOHAN/
NEM GRVNENBERGIVM,
ANNO DOMINI,
M, D, XXI,

199996

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637

WITNESS MY HAND AND SEAL
THIS 15th DAY OF APRIL
1964
H. D. [unclear]